



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>




3 3433 06825302 4



ZG
Watches








James Chrystal.

★Estate of Rev James Chrystal

April 6 '09

(Watch)
ZG



BIBLIOTHECA.
SYMBOLICA
VETVS

EX MONIMENTIS QVINQUE
PRIORVM SECVLORVM MAXIME
COLLECTA

ET OBSERVATIONIBVS HISTORICIS AC
CRITICIS ILLUSTRATA


CURA ET STUDIO

Walch

CHRISTIAN. GVIL. FRANCISCI WALCHII
THEOL. DOCTOR. ET IN ACAD. GEORGIA AVGUSTA
PROFESSOR. PRIMARI.



LEMGOVIAE
IN OFFICINA MEYERIANA. MDCCCLXX.





LECTORI AMICO

S.



VAM tibi offero, bibliothecam
symbolicam veterem condendi
Et quantum in mea fuit po-
testate, ad usus tuos adcom-
modandi, quod ceperim con-
silium, id quidem, arbi-
tror, facile tibi probari posse. Summa, qua apud
veteres christianos symbola valuerunt auctoritas Et
infigit illorum cura, commendans hanc Et pura-

(2)

ac

P R A E F A T I O.

ac sine corruptelis ad posteros transmittendi, iam-dudum viros doctos & in harum litterarum studiis praeclare sapienterque versatos, commouerunt, ut indagarent & eruerent ex monumentis prisci aevi, quae supersunt, publicas credendi formulas easque secum inuitem compararent & quae in illis nostra observatione digna erant, sedulo adnotarent & illustrarent. Iste enim, recte iudicabant, non magistri cuiusdam, sed coetuum integrorum de gravissimis christiana discipline capitibus sententias ista exprimere, ut quid vere credi, aut reiici, quoquemodo id, quod creditur, apte verbis proferri voluerint, clarissimis certissimisque documentis intelligamus. Quo accedit, ut symbola inter fontes, ex quibus dogmatum religionis historia bau-riatur, primarium fere iueri locum, nemo dubitet. Hoc vero exemplis doctissimorum virorum constat, qui singularem diligentiam modo symbolorum, modo dogmatum praecipuorum, quae illa tradunt: v. c. de trinitate, de persona; aut defensu christi ad inferos, de earnis resurrectione & his similibus fatis adcuratus explicandis consecrarunt. Nec inficiari quis poterit, exceptatissimos horum studio-rum fructus ad uniuersum litterarum, quae theolo-gum adiuuans, aut ornans, genus adeoque ad solutares ecclesiae usus redundasse. Nihilominus si praestantissimos, qui ad hanc rem pertinens, li-bros legimus, tantum abesse, sentimus, ut quae-cumque de symbolis eorumque constitutione, aut particulis in sacrae antiquitatis monumentis prodita sunt, in memoriam & qua digna sunt, lucem re-
uo-

P.R.A.E.F.A.T.I.O.

... vocauerint scriptores, ut multa nostra diligentiae reliquerint investiganda inueniendaque.

Id quod quem usum maxime didicissim⁹ studia huius generis suas habere difficultates, obseruasse⁹, has quidem felicius expediri⁹ omnem rem symbaticam egregie adiuuari posse, cogitavi, si diligenter omnes, quae nobis seruatae sunt, pristī acuī formulae in unum corpus cogerentur⁹, quam aliis veterum libris praestari nouimus, critica opera lessionis varierate instruerentur. Evidem⁹ facio, ad colligenda symbala antiquiora animum curramque conuertisse viros praeclarare doctos reique fecisse periculum, GEORG. BVLLVM, JOSEPH. BINGHAMVM, qui in illis suo iure tenet principatum; item GVIL. WHISTONVM & ven. GVIL. ABRAH. TELLERVM, saepius a me laudatos. Verumtamen, quas quisque sibi rulerant, colligend⁹ symbala⁹ de his commenſaudi leges, & variae causae, ob quas labore⁹ suscepere⁹unt, illis impedimento⁹ fuerunt, quo minus omnia congererent, quae & posse, & ut omnes, quos exspectari licet, fructus obtineantur, debere cangeri, videntur. Accedit, communem banc esse hominum sortem, quam neque a me alienam esse scia, ut saepius nostram in conquirendis huius generis rebus diligentiam effugiant, aut nostra excidans memoria, quae nostra proposita maxime trissent adcommodata. Nema vera occurrit, qui dum colligendis symbolis dare operam, ad ornanda eadem criticae artis praefatis,

PRÆFATI^O

vidis, quorum insigne supererit copia, esset usus
talemque illorum editionem parasse, quemdi-
striae cum symbolorum, non dogmatum illustran-
dæ studiis maxime idoneam foro sperabam. Haec
cogitans ipse laborem subire decreui, tunc ardu-
um & molestum cum esse, praesiderim; ut vero
degenerem, neque insolentiore de ingenio, cui do-
ctrina mea existimatione, neque laudis capienda
cupiditato, sed honesta illa voluptate commoueri
me passus sum, quam ex legendis historiae ecclesias-
ticæ monumentis & quæ ex illis didici, ad san-
ctoris disciplinæ usus transferendis percipere so-
leo. Nec dissimulare libet, confirmasse animum &
ad spem fortunari euenius eoncipiendam me excitas-
se bibliothecam Georgiae Augustae, quod ostende-
bat opportunitatem, vendi librorum, sine quibus
de tali labore suscipiendo ne cogitari quidem fas
est, adparatu, siue eorum numerum, siue editio-
num præstantiam consideraueris, instruissime.

His igitur praefidii munitus, alacris & lac-
rues rem agere coepi &, ut omnia recte procederent,
Symbola colligendi collectaque disponendi &, quos
singulis subiunctas vides, commentariis instruendi
mibi ipse leges praescripsi, quas breviter ut expo-
nam, iure a me exspectabis. Prima quidem haec
fuit, yd, quæ supersine, lymbola conquirerem.
Hanc ob causam alia christianas antiquitatis mo-
nimenta ex eorum numero excludenda esse, consui,
quæ quamvis de dogmatibus perinde ac de contro-
versiis,

P R A B F A T I O.

uerfis: ad religionem parsonibus, bene sentiendi & adcurate loquendi, formulas exprimant, nec tamen partibus suis saramque copulatione, aut ordine, aut dictione symbolorum formam praefereantur. Fidei enim confessiones cum longiores, tum breviores existare, inter omnes conuenit, quae apud eos, qui suas esse eas voluerunt, eamdem cum symbolis habuerunt auctoritatem eundemque usum, as forma ab illis discrepant: v. c. CYRILLI Alexandrini anathematismos. Quare nec rei symbolicae, dogmatum tamen, quae enarrant, aut explicant errorum, quibus obiciuntur: item solemnum vocum dicendique formularum, quibus nos viri, modo iubent, modo verant, historiae clarissimam huncem adferunt. Omnes vero hujus generis libellos, patrum epistolas, conciliorum decreta & his similia quominus in bibliotheca symbolica reponerem, ingens illorum numerus. Et nonnullorum nimia magnitudo impedierunt. Nibil minus fieri non potest, qui contra hanc legem ipse nonnullis peccasse videar, qui recipi a me, viderint, monumenta, quae nump. II. III. VII. IX. LXXIII. LXXXII. LXXXVI. LXXXVII. C. CII. posita sunt: veniam tamen dabunt peccato, si iustas, cur ista receperim, expenderint causas, quas ad singula adscripta.

Altera, quam sequi placuit, tex temporis rationibus continetur. Quinque priorum a virginis partu seculorum spatia circumscri-
bera

P R A E F A T I O.

bere et terminare laboris fines, usum fuit, ita ut quae in patrum libris et aliorum monumentis ecclesiasticis, intra ista scriptis editisque seruata sunt, symbola eorumque versiones colligerentur. Quatuor quidem prima secula in hunc censum venire, nemo dubitat: quintum ea de causa adiiciendum esse putavi, quod formulas in monumentis aevi illius inueniri, sciebam, quas eadem cum aliis antiquitatis laude commendari, probabili coniectura intelligitur. Hoc enim loco non scriptoris, qui posteris formulam transmisit; sed formulae aetas, qua illum saepissime superat, aestimari debet. Neque ab hac lege quomodo usquam discederem, a me impetravi; ubi occurrerent in monumentis vel incertae, vel paulo recentioris aetatis symbola, quae mihi quidem videbantur simplicitatis, aut antiquitatis nomine loco, quem illis concessi, esse digna. Quo numero ea, quae num. XXXIV. XXXV. XXXVII. XXXVIII. XLII. XLVIII. XLIX. LII. LIV. LXVII. recensentur, baberi cupio, nec vereor, ut ignoscant sedulitatem, qui nimiam eam esse putauerint.

Tertium, quod ab aliis negligi, non eram, mihi imposui officium, conquirendi veterum symbolorum versiones, non recentiores, sed antiquas, illis aetate vel aequales, vel supponentes hasque simili diligentia edendi. Quantum
qui-

PRAEFATIO.

quidem huius generis interpretationes ad uterum librorum rem criticam bene constitutendam habeant momentum, quantaque ad explicandas illustrandasque corundem sententias contineant praefidia, usū exemploque aliorum comprobatur. At si cogitaueris, tantam fuisse symbolorum, maxime publicorum et in conuentibus praesulum compositorum, auctoritatem, ut non modo credendi, sed loquendi etiam formulas imperarent, quas deinde religionis magistri magna cura retinebant & posteritati committebant; sua tamen lingua usi, facile iudicabis, statas solemnesque v. c. Latinorum sententias & voces, quae Graecis symbolis, uti Nicaeno, erant accommodatae, non ex his, sed ex Latinis eorum versionibus esse deductas. Has ergo interpretationes symbolorum ab his adcurate discernendi, eorum aetatem definiendi et tam cum ipsis, quam inter se comparandi studia insigne spondere, mibi videntur, historiae theologiae dogmaticae lucem. Cuius rei pauca, sed illustria exempla proferam, ex versionibus symboli Nicæni petita. Quas huius auctoritate potissimum consecrata fuit, vox episcopos Latinos interpretes, ut Latinum verbum efferrant, Graeco exprimendo perficie apicum, aequo exercuit, ac patres Nicænos Arianorum fraudes et fallacie exagitarunt & tandem coegerunt, ut in Graeca illa voce adquiescerent. Quis, quoque, crediderit, in versionibus symbolorum, transi-

P R A E F A T I O.

is enim vox ex Nicene in aliis, nonne di-
versas formulas, Latine illam convertendi
inveniri? Et illes; unius substantiae cum patre
quod Graece dicunt homouion, *num. LVII*
LVIII. LIX. LX. LXII. et p. 96. 5. et p. 99. 3
homouion, hoc est, eiusdem cum patre substanc-
tiae, *num. LXVI.* eiusdem cum patre substanc-
tiae, *num. LXI. LXX.* consubstantiam patri,
num. LXIII. LXIV. LXV. LXXI. LXXII.
LXXIV. CVIII. et p. 96. 5. coessential patri,
p. 107. 6. consubstantia p. *num. LXVII.*
eiusdemque substantiae, cuius pater est, *num.*
LXIX. consubstantiam patri, hoc est, eiusdem
cum patre substantiae, *num. LXXI.* & patri in
divinitate substantiae similem *p. 107. 6.* Alia
est Nicaenae formulae particula, in qua itidem
interpretes adenare exprimenda malum la-
borasse videntur. Quae enim in Graeco legun-
tur; οὐκανθρώπιον, ἐνθρωπόταρπα, reddunt alii
scitis recte: incarnatus est & homo factus est
num. LVII. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII.
LXVI. LXVII. LXIX. LXX. LXXII. alii, ser-
uato incarnationis vocabulo: et inhumanoatus est,
num. LXIV. LXV. alii: humanatus est, *num.*
LXXI. adde, quae *p. 102. 12.* obseruata sunt.
Denique in clausula eiusdem symboli voces:
ἢ ἔργα υποστούσης οὐ ποιει, Latinis difficillimas
fuisse oportet, neque id mirabitur, qui centro-
versiae Antiochenae de vocabulo υποστοῦσης me-
minuerit. Mirifice enim inter se differunt, ita
et sex obseruentur illarum versiones: ex alia
sub.

P R A E F A T I O.

substantia, aut essentia, num. *LVII*. ex alia substantia, num. *LVIII*, *LXI*, *LXII*. ex alia substantia, vel substantia, num. *LIX*, *LXV*, ex altera substantia, num. *LXIII*. ex alia substantia, vel essentia, num. *LXIV*. vel aliquam substantiam vel naturam, num. *LXVI*. Quodsi haec, quae primo & tertio loco notaimus, expenduntur, facile cognoscitur, quid sit, cur substantiae vox in explicanda sanctissima de trinitate doctrina apud scriptores sequentes aetate vagam & incertam notionem obtineat & modo ad essentiam, modo ad personam diuinitatis significandam adhibetur. At haec sufficiente de consilio, cum symbolis eorum versiones coniungendi.

Nunc de observationibus, quas ad singulas formulas a me videbis adpositas, dicendi est necessitas. Duplicis vero sunt argumenti: aliae historicæ; aliae criticæ. Primum genus ad id pertinet, ut de fontibus, ex quibus mea deduxi, de symbolorum auctoribus, maxime ubi de his inter viros doctos est sententiarum discordia, porro de variis eorum exemplis, quae in libris antiquis supersunt, de recentioribus eorumdem editionibus barunque ornamentis, bisque similibus constet. Quaecumque vero ex historicæ ecclesiasticae commentariis cuiuis innotescunt: immo magnam partem sine turpi negligentia ignorari nequeunt, v. c. origines formulae Nicaenæ ex lice Ariana repetendas, consulto praetermissi, partim

ERAEFA TIO.

sim re libelli, quem brevitate aliis cupio commendari, terminos excederem, partim quo multa de his rebus in alijs libris copiose dixi quae describendi, nulla subesse mibi videbatur causa. Criticae animadversiones varias cui symbolorum, tum illarum versionum lectione exhibent. Collegit illas sedulo & adcurate partim ex diuersis exemplis, quae in patrum libris priscis canonum collectionibus, gestis concilio rum occurrunt, partim ex codicium manu exaratorum collationibus, quibus VALESIVS MONTFAVCONIVS, CONSTANTIVS, BALVZIVS, QVESNELLVS, MANSIVS, BALLERINI aliique ista antiquitatis monumenta instruxerunt. Adparat, longe maiorem bac diligentia a me congregam esse lectionum varian tium copiam, quam alii fortasse expectabunt, ego certe expectau, antequam hanc operae partem susciperem, omnium molestissimam. Quamvis fatear, saepius lectionum discrepan tias leuioris esse momenti, tamen in aliis ine st pondus, ad quaestiones criticas de orationis integritate excitandas & expediendas. Quam viri doctissimi nonnullis formulis, Nicaenae, maxime, Constantiopolitanae & Aibana niae, antea praestiterunt diligentiam, ita ut aliorum gratiam intirent, cur eadem cetera symbola indigena baberi oporteat, ego qui dem nulla adsequor conjectura.

Sym.

P R A E F A T I O.

Symbola vero etrumque versiones in duas classes distribuere libuit. Prima quidem in ullo discrimine, seruato tamen temporis, uno scriptores sibi successerunt, ordine, formulis omnes complectitur, quas in patrum trium rivorum seculorum deprehendi. Exiguus fere est illarum numerus & de nonnullis difficile iudicium, num inter publicas, an priuatas as referri, deceat. Hanc ob caussam con ultum duxi, easdem a ceteris, de quibus certiora scimus, sciungere. Inde a seculo quarto crescit symbolorum numerus. Non solum longe maior librorum istius aevi copia ad nos veruenit, quorum scriptores, publica recitandi symbola, usi sunt opportunitate, sed etiam controuersiae, quibus res christiana turbata & misere adflicta fuit, praebuerunt caussam, cur & in synodis, ad componendas illas coactis, & a priuatis doctoribus, ut quid & ipsi de rebus diuinis sentirent & alios sentire vellet, constaret, nouae formulae conderentur. Quare necesse fuit, ut discernerentur a nobis symbola publica, inter baptismi caerimonias recepta, synodalia, quae in conuentibus praesulum sacrorum confecta sunt, & priuata, hoc est, a singulis religionis magistris exarata. Secunda ita classis formulas exhibet publicas, in monumentis quarti et quinti seculi nobis servatas, quas quidem ita disposui, ut praemitterem tres illas apud RVFFINVM, ceteras ad prouinciarum, quarum ciues christiani illis vteban-

P R A E F A T I O .

verbantur, ordinem collectorem. Ad testiam symbola synodalia, et ad quartam priuata reieci, suorum auctores inter orthodoxos, sive inter haereticos referri soleant. Viriusque generis quamvis nonnulla eandem cum publicis notis sint auctoritatem: immo synodalia eo consilio, ut eam nanciscerentur, fuerint composta, nihilominus haec a ipsis separanda esse credidisse. Privatorum vero vitiis hoc loco ex eo aestimatur, quod non modo communem symbolorum formam retinent; sed etiam saepissime antiquissimarum formularum particulas exprimere et conseruare.

Satis itaque de libello hoc dixisse mihi videor, nec, quod addam, suppetit. Antequam ad componendum illum adgrederer, spem me concepisse, tubens fateor, futurum esse, ut talis symbolorum collectio, qualiter animo fixeram, ad rem symbolicam veterum variuersam rectius constituendam et felicius explicandam noua praesidia adferat. Quam quidem non fallacem esse, meo exemplo dico, dum obseruarem nonnulla, quae ab aliis notari, baud memini. His enamerandi nolo morari, breuiter ramen paucia eorum exempla proferre, liceat, ut fidem dictis meis faciam. Primitam commendamus symbola, quae simplicitate et breuitate cetera superant, num. XXVI, XL, XLII. L. posita, quod comprobare videntur eorum sententiam, qui formulam baptismalem additamentis pede-

P R A E F A T O . I

terentim ductam fuisse et sic symbola baptisata condita, contendunt. Deinde conuelli, suspicor, communem fere eruditorum opinionem, symbolum apostolicum; quod vulgare dicitur et vel nostra vetate ab occidentalibus, protestantibus etiam, usurpatum, formulam fuisse veteris ecclesiae Romanae publicam. Quae ipse num. XXI. XXXVI. XXXIX. XL. XLI. XELI. adidit; priisci Romanorum symboli exempla ab isto discrepant ad unam omnia; eidem tamen simillima sunt Africana, num. XLVI. XLVIII. Gallicorum, num. LIII. et Hispanum, num. LIV. eiusdemque vulgaris symboli nullum inueniri potest exemplum, Venerando, num. XXXVIII. et XLVII. vetustius. Hoc vero licet incertae aetatis sit, sine dubio tam seculo VII. inferius est, quo legati Romani ad Saxones, qui Britanniam occupauerunt, doctrina christiana instruendos missi sunt. Porro dogma de descensu christi ad inferos male censetur a Constantinopolitani, qui formulam num. LXXXVII. considerunt, primum coniunctum fuisse cum articulo de sepultura domini. Antea illud simillimo modo expressum fuit in symbolo Niceno, num. LXXXV. Denique symbolis veteres addidisse iuris iurandi formulam, illustre documentum num. LXXVI. propositum videbis. Cufas generis observationes plures addi possunt, sed ad aliud tempus eas ut reservem, variae caussae me communueant.


P R A E F A T I O.

Deum pie precor, ut quidquid vel operae,
vel laboris ad componendum, aut exornandum
opusculum contuli, id aliorum usibus ad iuuandu-
sanctioris disciplinae studia salutare esse, be-
nignissime iubear. In academia Georgia Augu-
sta, d. XVI. febr. ann. salutis recuperatio
MDCCLXX.



BIBLIO.

BIBLIOTHECA
SYMBOLICA
VETVS.





BIBLIOTHECAE SYMBOLICAE

VETERIS

CLASSIS PRIMA

EXHIBENS

SYMBOLA, QVAE IN MONIMENTIS PA-
TRVM SECVLII SECUNDI ET TERTII
SVPERSVNT.

I.

SYMBOLA APVD IRENAEVVM.

I

RENAEVS primus omnium scripsit, doctrinam, quam ecclesia ab apostolis eorumque discipulis accepit, esse

την εἰς ἕνα θεον, πατέρα οὐδικριτορος, την πεποιηκοτα του Θρανον, και την γην, και τας θεόσσας και πάντας τας ἐν αὐτοις, πάσων και δια ἑταριν Ιησου, του υἱου της θεος, του συμβολετού πάντων και μοτερέας ανταρισσεις και της θυγάτηρος αδήν, το δια-

των προφητῶν πεπίσχος, τας ὀποιομας και τας ἐλευσεις και την ἐκ παρθένες γενησιν, και το παῖδος που τη ἔγερση ἐκ νεκρῶν, και την ἐνσάρκησην ἐις της βραχεως σύναληψην τη ἡγετημένης Χριστοῦ Ιησοῦ τη κυρία ημών, και την ἐκ των δύσσεων ἐν τῇ δόξῃ τη πατρὸς παρεγενόμενην αὐτὶ δηπι το ἀνακεφαλαιώσασθαι τα παιδία και ἀνεβησα πασαν στερκα πασης ὄντρωποντος, ίνα Χριστῷ Ιησῷ τῷ κυρίῳ ημών και Θεῷ και σωτῆρι και βασιλεῖ και την ἐνδοκατη τη πατρὸς τη ἀρετήν, που γονι παριψι φεύγειντον, και ἐπιγειον και καταχθονιον, που πασα γλωσσα ἔξομολυγησηται αὐτῷ και κρισιν δικαιεσεν ἐν τοις παισι πομπησι, τα μεν πνευματικη της πνοησιν και σύγγελος παραβεβηκόλας, και ἐν ἀποστολαι γέγενοταις, και της αὐτεβεις, και αἰδίκεις και ἀνομεις και βλασφημιας των αἰνδρωντων ἐις το αἰσνιον πυρ πεμψῃ τοις δικαιοις, και ὅσιοις και τας ἐντολας αὐτης τεττηρηκοσι και ἐν τη αἴγαστη αὐτη διαμεμενηκοτι, τωις ἀπ' αἱρησις τοις δε ἐκ μετανοιας ζωην χαρισματενος, αἱφθαρσιαι δωρησηται και δοξαν αἰσνιον περιποιηση.

VERSIO VETVS.

¶ Fides, quae est in unum deum, patrem omnipotentem, qui fecit caelum et terram et mare et omnia, quae in eis sunt: et in unum Jesum christum filium dei, incarnatum pro nostra salute: & in spiritum sanctum, qui per prophetas praedicauit dispositiones dei et aduentum et eam, quae est ex virginie, generationem et passionem et resurrectionem a mortuis, & in carne in caelos ascensionem dilecti Jesu christi domini nostri & de coelis in gloria patris aduentum ad recapitulanda vniuersa & resuscitandam omnem carnem humani generis, ut christus Jesu, domino nostro & deo & saluatori & regnum placitum patri imuisibilis omne genu cœlestium, & terrestrium. Se infernorum omnium

omnis lingua confiteatur ei, & iudicium iustum
in omnibus faciat: spiritualia quidem nequitiae &
angelos transgressos atque apostatas factos & im-
pios & iniustos & iniquos & blasphemos homines
in aeternum ignem mittat; iustis autem & aequis
& praecepta eius seruantibus & in dilectione eius
perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, qui-
busdam autem ex poenitentia, vitam donans, in-
corruptelam loco muneris conferat & claritatem ae-
ternum circumdet.

OBSERVATIONES.

I. Hanc formulam recitatuit IRENAEVS libr. I. adver-
sus haeret. cap. IO. p. 48. edit. MASSVETL.

II. Graeca, quae EPIPHANIVM haeret. XXXV. §. 30.
p. 201. edit. PETAVII nobis seruasse, constat, si cum veritatis-
fima Latina interpretatione comparantur, non dubius ea ab hac
discrepare, certum est, num vera interpres in suo aliter lege-
rit, atque EPIPHANIVS; an suo consilio quaedam mutauerit,
vix dignare ausim. Sic τοις ἀπελεόμενοις veritatem, non
επαριστάντες: voci τοις ὀικονομοφορεσσι, dispositione adponunt vocem
dei: τοις ἐλπιστις reddunt aduentum, non aduentus de ver-
bis τοις απ' αρχῆς, quibusdam ab initio, recte intiecit vo-
culturam quidem. In textu enim EPIPHANII vox μεταξιδισse
videtur.

III. Latinæ versionis varietates has notauit MASSVE-
TVS. Pro curveti, quod codices scripti & GRABIVS exhibent
editiones priores legunt curvatu. Loco transgressos codex
Arundelianus legit transgressores. Verba: Et in dilectione eius
perseverantibus, omissa sunt in codicibus Claramontano & PAS-
SERATII.

IV. IRENAEVM symbolum hoc loco referte idque pu-
blicum & viu omnium, ut ipsi visum fuit, ecclesiarum rece-
ptum, ex illis facile colligitur, quae de eodem subiecit, quam-
vis nonnulli secus sentiant. Legas JO. FORBESIVM infrauct.
theol. libr. I. cap. 4. tom. II. oper. p. 8. GEORG. BVLLVM
ind. ecclesi de necessitate credendi, quod dominus noster Iesus
christus sic verus deus cap. IV. §. 5. p. 32. editionis, operib[us]
illius

• Illius à GRABIO insertae: JOS. BINGHAMVM: origia. ecclie. vol. IV. p. 79, sqq. GVIL. WHISTONVM in primisue christianitatis reviv' d' 1000. IV. adp. p. 31. veb. patrem introd. in libros symbolic. ecclie. Luth. p. 10. & ven. GVIL. ABR. TELLERVM in fide dogme de resurrec. carnis p. 130.

• Hibi IRÉNAEV. ordinem traditionis, quam apostoli tradiderint iis, quibus committebant ecclias, veterem traditionem commemorat, canique his verbis exprimit:

III. in unum deum credentes, fabricatorem caeli & terrae & omnium, quae in eis sunt, per Christum Jesum dei filium. Qui propter eminentissimum erga sigillum suum dilectionem, eam, quae esset ex virgine, generationem sustinuit, ipse per se hominem adunans deo & passus sub Pontio Pilato, & resurgens, & in claritate receptus, & in gloria venturus salvator eorum, qui salvantur & iudex eorum, qui iudicantur & mittens in ignem transfiguratores veritatis & contemtores patris sui & aduentus eius.

OBSERVATIONES.

I. Leguntur haec apud IRENAEVM libro III. cap. 4. p. 378. Graeca non supersunt. In Latinis nulla obseruantur variantes.

II. Symbolum hanc orationem continete, crediderunt BULLVS, KINGIUS, GRABIUS, WHISTONVS, TELLERIUS aliquique, Cameradixit MASSVETVS vol. iii. l. 1. p. 48, ea quidem consilio, ut vocis traditionis, qua usus est IRÉNAEV, notationem verbi dei non scripti adhucerer. Alli, qui symbola collegerunt, de auctro loco silent. Integra quidem eredendi formula haberi nequit, nihilominus verosimile est, condidisse AEVM ex variis syntaxis partibus, sive ramae verbis.

III. His totius symbolum additie ven. TELLERV
de, ed. p. 132. desumunt ex IRENÆI libr. V. cap. 20. p. 317.
cum vero, huius testimonium, pauca, quae enarrat, dogma-
ta ab apostolis tradita esse & ab omnibus ecclesiis credi, con-
iecturæ comprobanda sufficiant, est certe, cur dubitem. Nul-
la enim formæ illius, quam symbola præ se ferre solent, nec
particularum, aut dictiōnum, quæ illis quasi propriæ haben-
tū, ibi deprehendere vestigia.

Parte III. Symbolo III.

SYMBOLA APVD TERTULLIANVM.

Tria nobis seruasse censetur TERTULLIANVS. Pri-
mum quidem, regulam fidei vnam omnino, solam
immobilem & irreformabilem, esse pronuntiat.

IV.
credendi sollicit in unica deum omnipot-
tentem, mundi conditorem & filium eius Jesum
christum, natum ex virginē Maria, crucifixum sub
Pontio Pilato, tertius die resuscitatum a mortuis, re-
ceptum in coelis, sedentem punc ad dextram pa-
tris, venturum iudicare viuos & mortuos per carni-
nis etiam resurrectionem.

OBSERVATIONES.

I. Exstat in TERTULLIANI libr. de virginibus velaria-
do cap. L p. 173. oper. edic. Riegelmann. FRANCFANN. MDCLXXV.
fol. repedita.

II. Notabilis est oratio dogmatica de spiritu sancto,
qua ab aliis sacerdotibus scholasticis TERTULLIANI senti-
entiam, quam ex variis argumentis cœpisse. Haec post PE-
ARSONIVM bene monuit ven. JO. RUDOLPH. KIESLINGIUS
bisbor. de usu symbolar. p. 79. 199.

III. Qui symbolum hoc loco a TERTULLIANO refer-
ti, putant, uidem nec dubitant, publicum id esse vix fer-
tille.

tasse Carthaginensium receptum, v. c. BULLVS loc. cit. p. 32. Secus sentit vero TELLERVIS loc. cit. p. 137. q. illudque in priuatorum numerum abiecit & conjecturis causas p. 463. exposuit. Hoc de re alibi dicemus.

2.

Dabitis recitas alibi regulam fidei, eamque ab initio euangelii decucurrisse, scribit, bis usus verbis:

vnicum quidem deum credimus: sub hac tamen dispensatione, quam oeconomiam dicimus, ut vnici dei sit & filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt & sine quo factum est nihil. Hunc missum a patre in virginem & ex ea natum hominem & deum, filium hominis & filium dei, & cognominatum Iesum christum. Hunc passum, hunc mortuum & sepulturum secundum scripturas, & resuscitatum a patre & in caelos resumtum, sedere ad dextram patris, venturum iudicare viuos & mortuos. Qui exinde misericordia secundum suam promissionem, a patre sanctum spiritum paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in patrem & filium & spiritum sanctum.

OBSERVATIONES.

I. Haec enarrat TERTULLIANVS libr. contra PRAX. cap. 2. p. 501. oper.

II. Et dogmata & magna formularum, quibus haec expressa sunt, pars ex symbolo videntur repeti, TERTULLIANVS tamen sua vti libertate, addendi & latius nonnulla deducendi, quae necessaria, credebat, esse ad cognoscendum discrimen, quod inter doctrinam ecclesiasticam & PRAXEAE commenta intercedit. Confers SYNCHAMVM loc. cit. p. 84.

3.

Scriptum exhibet regulam litterarum, qua-
rum

vnum omnino deum esse, nec aliud praeter vi.
 mundi conditorem, qui vniuersa de nihilo prodi-
 xerit per verbum suum primum omnium emissum:
 id verbum filium eius adpellatum, in nomine dei
 varie visum a patriarchis, in prophetis semper au-
 ditum, postremo delatum ex spiritu patris dei &
 virtute in virginem Mariam, carnem factum in
 utero eius, & ex ea natum egisse Jesum christum:
 exinde praedicasse nouam legem & nouam pro-
 missionem regni caelorum: virtutes fecisse, fixum
 cruci, tertia die resurrexisse, in caelum ereptum
 sedisse ad dexteram patris, misisse vicariam vim spi-
 ritus sancti, qui credentes agat: venturum cum
 claritate ad sumendos sanctos in vitae aeternae &
 promissorum caelestium fructum & ad profanos
 adiudicandos igni perpetuo, facta vtriusque partis
 resuscitatione cum carnis restitutione.

OBSERVATIONES.

I. Formulam hanc dedit TERTULLIANVS in libello
 de *praescriptionibus aduersus hereticos*, cap. XIII. Descripsi-
 mus eam ex editione JOSEPHI MARIAE TOMMASI, quare
institutionum theologiarum antiquarum pars tom. I. incudit,
 ubi illa p. 24. legitur.

II. Logο verborum: *egisse Jesum christum* in codice
 VRSINI legitur *exiisse Jesum christum*, teste RIGALTIO hoc
 in b. I. p. 207. editionis operum TERTULLIANI supra lau-
 datae.

III. Quae de secundo diximus, eadem sere de tertio
 symbolo intelligi cupimus. Vestigia vero symboli veruissimi
 eidem impressa esse, nemo negabit. Nec vere dissentunt viri
 docti, qui symbolum *apostolicum* a TERTULLIANO umquam
 tradi, dubitant & iure quidem suo dubitant. Conf. JOANN.
 FRANCISC. BUDDEVVM *isagog. in theolog. univer. libr. II.*
cap. 2. §. 3. p. 399. sqq.

IV. Praeter has formulæ, alia quoque symbola a TER-
 TULLIANO proferti, sibi persuasit ven. TELLERVS notauitque

hinc loca, ciuidat libelli de *praeſcripitionibus apud XXXVI.*
p. 50. & *apologeticis cap. XVIII.* p. 177. edit. HAVERCAMP.
Certum est, TERTVLLIANVM exponere ibi dogmata chri-
ſtiana, quae ſymbolica eſſe conſueuerunt, at nimis pauca,
cum aliis mixta & orationis forma expreſſa, quae nimis a di-
ffione ſymbolica recedit.

III.

SYMBOLA APVD ORIGENEM

Primum datus locum, quem inter ſymbola ab
aliis numerari nouimus: num iudicio recto & proba-
bili, valde dubitamus. His vero praemissa: species
eorum, quae per praedicationem apostolicam ma-
nifeste traduntur, iftæ ſunt: ſic pergit ORIGENES:

vii. Primum quod vnuſ deus eſt, qui omnia cre-
auit atque componuit, quique quum nihil eſſet,
eſſe fecit vniuersa deus a prima creatura & con-
ditione mundi, omnium iuſtorum deus, Adam,
Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abra-
ham, Isaac, Jacob, duodecim patriarcharum, Moysis & prophetaum: & quod hie deus in nouiſſi-
mis diebus, ſicut per prophetas ſuos ante promiſe-
rat, misit domiñum noſtrum Jefum christum, pri-
mo quidem vocaturum Israel, ſecundo vero etiam
gentes: post perfidiam populi Israel. Hie deus iu-
nitus & bonis pater domini noſtri Jefu christi le-
gēm & prophetas & euāngelia ipſe dedit, qui &
apostolorum deus eſt & veteris & noui testamenti.
Tum deinde quia Jefus christus ipſe, qui venit,
ante omnem creaturam natus ex patre eſt. Qui
quatuor in omnium conditione patri ministrasset, per
omnia facta ſunt, nouiſſimis temporibus
ſe

se ipsum exinaniens, homo factus incarnatus est, quum deus esset, & homo factus mansit, quod erat deus. Et quoniam hic Jesus christus natus & passus est in veritate & non per phantasiam compunem hanç mortem sustinuit, vere mortuus, vere enim a mortuis resurrexit & post resurrectionem conuersatus cum discipulis suis adsumtus est. Tum deinde dignitate ac honore patri ac filio sociatum tradiderunt spiritum sanctum.

OBSERVATIONES.

I. Exstant hæc, quorum una superest interpretatione RUFFINI Latinæ, præfas. librorum de principiis §. 4. tom. I. oper. p. 47. 48. edit. CAROLI DE LA RUE.

II. Ex eiusdem Benedictini monachi observatione 1. pro quum nihil esset, esse fecit uniuersa, contra omnes codices MERLINVS & GENEBRARDVS ediderunt: ex nullis fecit esse uniuersa; 2. verba homo factus incarnatus — quod erat, deus, quae itidem omnes libri scripti exhibent, iidem sic corruptrunt: homo factus incarnatus est, quum deus esset, & homo mansit, quod deus erat; 3. simili modo quae in codicibus leguntur: Et non per phantasiam — vere enim, ab illis sic dantur: Et non per imaginem communii morte vere mortuus est. Vere enim, cœt.

III. Noluimus omittere symbolum, a BINGHAMO, origin. eccl. vol. IV. p. 82. laudatum & recitatum, ingenuo tamen fatemur, ORIGENIS orationem complecti quidem insignem dogmarum symbolicorum partem, at formæ symbolorum veterum longe dissimillimam: id quod ven. pater introd. in libro symbolico p. 13. recte moquit, Additus, ORIGENEM pergere enarrare capita, quæ inde ab apostolis inter christianos, tradit, esse praedicata, & in his multa ponere, quæ numquam in symbolis tenuerunt locum.

2.

Alia vero ad nos venit doctrinae christiane formula, quam symboli nomine nemo iudicauerit indignam & scutulam. vero ORIGENI recte tribui, negant. Quac qui deuota est concepta:

Eros

VIII. Ενας Θεος και κύριος και δημιουργος των οόποιταν
είναι πεπιστυκει, και τον εξ αυτος Θεον λέγον, θμογ-
ειον, οις οντας, και ἐπ' ευχεστων καιρων ανθρωπον εκ
Μάργιας αναλαβεστεις και τετου σευρωδεστα, και ανα-
τεντας εις γεραν. πιστω δε και της αγιας περιμετρι,
των οίς οντι.

OBSERVATIONES.

I. Nobilis hic est locus libelli, cui ADAMANTII in
plerisque codicibus, in Basileensi ORIGENIS nomen prescri-
bitur, *de religione deum fide*, sine dialogorum contra Marcio-
niss errores, scilicet I. Descriptimus eum ex editione CAROLI
DE LA RUE tom. I. oper. ORIGENIS p. 804.

II. Quidquid huic formulae vel dignitatis, vel momen-
ti inesse videri potest, id ex quaestione de aetate eius aestima-
ti debet. Hanc vero probabiliter definiri & ad seculum a vir-
ginis partu tertium recte referri, facile patet, si libellum, cuius
insignis est particula, ab ORIGENE compositum fuisse, certe
conatur. Ita quidem esse, multi sibi persuaserunt, quorum
princeps iure suo censetur IO. RUDOLPH. WETSTENIVS;
alii tamen his contradixerunt, neque ineptis, sed luculentis
& grauiissimis argumentis comprobarunt, opusculum longe
inserius esse ORIGENIS aeuo. Quam in rem ipse sententiam
dixi in *histor. sacrae*. tom. I. p. 535. & viros doctos, HETTIVM,
TILLEMONTIVM, BEAVSOBRIVM, DE LA RUE, LARD-
NERVM, qui eamdem omenarunt, commendauit.

IV.

SYMBOLA APVD CYPRIANVM.

Quamvis hanc integrum seruauerit symbolum CY-
PRIANVS, tamen vestis est, dum baptismus confrecbatur,
symbolum fuisse recitatum, & notat dogmata, quae
baptismali formulacrum adiungi consueuisse, facile in-
telligimus, & vere in ceteris symbolis inuentri, certissi-
mum

mum est. Bina hanc in rem nobis reliquit effata, ex quibus alterum his verbis exprimitur:

Quod si aliquis illud opponit, ut dicat, eam- viii.
dem Nouatianum legem tenere, quam catholica ecclesia teneat, eodem symbolo, quo & nos, baptizare: eumdem nosse deum patrem, eumdem filium christum, eundem spiritum sanctum, ac propter hoc usurpare eum potestatem baptizandi posse, quod videatur in interrogatione baptismi a nobis non discrepare, sciat, quisquis hoc opponendum putat, primum non esse vnam nobis & schismatis symboli legem; neque eandem interrogacionem. Nam quum dicunt: *credis remissionem peccatorum & vitam aeternam per sanctam ecclesiam,* mentiuntur in interrogatione, quando non habeant ecclesiam.

OBSERVATIONES.

I. Scripsit haec CYPRIANVS epistol. LXXVI. ad Magistrum p. 154. oper. edit. BALVZII.

II. *Credis remissionem.* Plerique libri veteres habent: *credis in remissionem.* Hoc monuit BALVZIVS nos. in Cyprian. p. 315.

2.

Alterum eandem proponit sententiam symbolicam, quam Nouatianis dissidiis maxime, nunc hereticorum baptismo aduersari, credidit CYPRIANVS. Ait enim:

Sed & ipsa interrogatio, quae fit in baptismos testis est veritatis. Nam quum dicimus: *credis in vitam aeternam & remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam,* intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari, cet.

OBSERVATIONES.

I. Fragmentum hoc symboli exhibit epistole CYPRIANI aliorumque, qui concilio Carthaginensi interfuerant, episcoporum.

num, sed Numidas scripta, cui BALVIZIVS inter CYPRIANVS epistolas locum LXX. adsignauit. Vid. p. 125. edit. laudatae.

II. De his apud CYPRIANVM symboli particulis confaras PETRI KINGIL bishq. symb. apostolic. cap. VI. §. 6. &c cap. VII. §. 2. & BINGHAMVM loc. cit. p. 85.

V.

GREGORII THAVMATVRGI EXPOSITIO FIDEI.

xxii. Εἰς θεούς πατήρα λογούς ζωντός, σοφίας ὑφενώσης καὶ δυναμεως καὶ χαρακτηρος αἰδίς. Τελειος τελειω γένηται, πατήρ μὲν μονογενες. Εἰς κυρίος, μονος ἐκ μονάς, θεος ἐκ θεών. Χαρακτηρ καὶ εἴκων της θεοτητος, λογος ἐνεργος. Σοφίη της των ὅλων σύστασεως περιεκτική καὶ δυναμις της ὅλης ικανεως ποιητικη, νίος αἰληθίας αἰληθινη πατερος. αἱρατος πορατι, καὶ αἱρατος αἱρατης πεφαρτη, καὶ αἱρατος αἱρατος αἱρατης, καὶ αἱρατος αἱρατης. Καὶ ἐν πνευματικος ἐκ θεως την ὑπαρξιν ἔχου, καὶ διὰ μὲν πεφηνος δηλαδη τοις αἰνθρωποις, εἴκων τε ὑιος, τελειω τελειος. Ζωη, ζωγτων αἵτια, πηγη ἀγια, αγιοτης αγιουσμα χορηγος, ἐν ᾧ Φανερωται θεος ὁ πατηρ ὁ ἐπι παντων καὶ ἐν πασι, καὶ θεος ὁ νίος ὁ δια παντων. Τριας τελειος δέξη καὶ αἰδιοτητι καὶ βασιλεια μη μεριζομενη, μηδε αἰπαλλοτριζεμενη. Ουτε διὰ κλισιον τι η δελον ἐν τη τριαδι, ουτε ἐπεισακτον τι αις προτερον μεν αις ὑπαρχον, μηδερον δε ἐπεισελθον. Ουτε ἐν ἀνελιπτε ποτε νίος πατερι, ουτε μὲν πνευματι, αλλα αἱρετος καὶ αἱρατοισις η αιτη τριας αει.

VERSIÖ LATINA RUFFINI.

xxiii. Unus deus pater verbi uiuentis, sapientiae subsistentis & virtutis suae & figurae, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti. Unus dominus, solus

solus ex solo, figura & imago deitatis, verbum petrans, sapientia comprehendens omnia & virtus, qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inuisibili & incorruptibilis ex incorruptibili & immortalis ex immortali & sempiternus ex sempiterno. Vnus spiritus sanctus ex deo substantiam habens & qui per filium adparuit, imago filii perfecti perfecta: viuentium causa, sanctitas sanctificationis praestatrix, per quem deus super omnia & in omnibus cognoscitur & filius per omnes. Trinitas perfecta, maiestate & sempiternitate & regno minime diuiditur, neque abalienatur. Igitur neque factum quid, aut seruiens in trinitate, neque superinductum, tamquam antehac quidem non subsistens, postea vero superingressum. Neque ita defuit unquam filius patri, neque filio spiritus sanctus, sed inuertibilis & immutabilis eadem trinitas sempiter.

ALIA INTERPRETATIO VETVS.

Vnus deus, principium & pater verbi viuentis, sapientiae existentis, & virtutis & imaginis propriae, perfectus perfecti genitor & vñus dominus ex uno, pater filii unigeniti, & vñus dominus ex uno, deus de deo, figura substantiae patris, imago dei, deus verbum viuidum & totius substantiae opifex. Sapientia continens omnia, quae existunt. Filius verus de patre vero, inuisibilis de inuisibili, incorruptibilis de incorruptibili, immortalis de immortali & sempiternus de sempiterno. Et vñus spiritus sanctus perfectus, perfecta vita viuentium, sanctitas & fons sanctitatis & aedificationis ministrator: per quem dominus in omnes credentes & super omnes, & filius, qui per omnes, trinitas perfecta, gloria & regnum sempiternum, indiuinduum & alienabile. Neque igitur creatum aliquid & se-

vum;

num, seu famulum in trinitate; neque aduentitium, vel subintroductum tamquam quod ante non extiterit & novissimum subintrauerit. Neque enim defuit aliquando filius patri, aut filio spiritus sanctus, sed immutabilis & inconuertibilis haec eadem trinitas semper.

VERSIO VETVS TERTIA.

LXV. Vnus est deus, pater verbi viuentis, sapientiac subsistentis & potentiae & figurae aeternae; perfectus perfecti genitor, pater filii vnigeniti, vntus dominus, solus ex solo, deus deo, figura & imago deitatis, verbum efficax, sapientia, constitutio nis rerum vniuersarum comprehensiva & potentia totius creaturae effectrix, filius verus veri patris, visum effugiens visum effugientis, & corruptioni non obnoxius non obnoxii corruptioni, & morti non obnoxius non obnoxii morti, & aeternus aeterni. Vnus spiritus sanctus ex deo ortum & existentiam habens, qui que pertulit adparuit, videlicet hominibus, imago filii perfecti perfecta, vita, viuentium caussa, fons sanctus, sanctitas sanctificationis suppeditatrix, per quem manifestatur deus pater, qui est super omnia & in omnibus, & deus filius, qui per omnia permanet. Trinitas perfecta, quae gloria atque aeternitate & regno non dividitur, neque alienatur.

OBSERVATIONES.

I. Celebratissima & omni aculo magnis laudibus ornata est, quam dedimus, GREGORII thaumaturgi. Neocesareen sium sacrorum praefulsi, confessio, adeo ut non miremur, eamdem saepissime fuisse cum in antiquis monumentis repetitam sum repetitiore aetate litterarum formis expressam. Hoc vero miremur, neminem de praestantissima formula castiganda & critici obseruacionibus illustranda cogitasse, si ab uno FABRICO dicstelleris, qui prius rei periculum fecit, multa tamen nostrae

nostrae reliquit diligentiae. Enumeratus igitur primus orationis Graecae exempla vetera, ex codicibus manu exaratis scripta, quibus ut nobis sicut. Quo loco numerope fabes oportet;

1. GREGORIVM Nyssenum, qui in vita Gregorii Thaumaturgi non modo narravit, Joannem euangelistam ius-
ta beatae virginis GREGORIO nostro TO της ευαγγελιας μυστη-
ριον tradidisse huncque, quae sic diuinitus accepit, nostra
formula esso complexum, sed eamdem etiam recitavit. Exstat
inter opera Nysseni tom. III. edit. Parisiensis ann. MDCXXXVIII.
p. 546. adposita versione Latina, quam nos tertiam adpellamus.

2. codicem Augustinum, ex quo formulam descriptam
ISAAC. PONTANVS & HENR. CANISIO transmisit, qui
eam in lectionibus antiquis edidit & deuuo JAC. BASNAGIVS
subseruit. monimentorum ecclesiasticis. tom. I. p. 27. not.

3. GERMANVM, patriarcham Constantinopolitanum
seculo octavo clarum. Scriptissime illum opusculum de sex syno-
dis ecumenicis, satis constat. Huius libelli additamentum pri-
mas produxit HENR. CANISIUS, quo eadem, quae Nyssenum
de origine confessionis GREGORII tradidit, reperuntur hancque
bonallae particulae referuntur: conf. BASNAGIVM loc. cit.
p. 26. Quamvis iure dubitari queat, fragmentum illud se a
GERMANO esse profectum & ad libellum de sex synodis perti-
nere, quippe quod ab aliis ab optimis libris scriptis, maxime Oxon-
iensi, quo vltius est STEPHANVS le MOYNE in var. sacra tom.
I. p. 681. fqq. (conf. FABRICIVM bibliotec. Graec. Vol. X. sp.
207.) nihilominus antiquam est nostrisque vobis vniuerso-
ferunt.

4. litteras legatorum GREGORII IX. pontificis No-
mani, seculo XIII. GERMANO Constantiopolitanu[m] ad contro-
versiam de processione Spiritus Sancti composedam exhibitas
quas GERH. VOSSIVS ex codice Vaticano primus in lucem pre-
duxit, legatores vero in conciliorum collectiones transalte-
runt, N. E. HARDVINVS tom. VII. p. 157. fqq. His enim litteris,
hinc definiti apocrifisiorum Gregorii IX. sere sed su-
bitum tractatio[n]is inserta est pars nostre formulae, praemissa de
caelestibus eiusdem originibus narratione.

5. JOANNEM VECVM, qui eodem seculo floruit.
Hic in refutationibus manus adnotatio[n]es Generis animadver-
siones

fones quas in LEONIS ALLATII Graeciae orthodoxae 2dmo II. legimus, recitauit p. 484. GREGORII confessionis magnam partem, ad quam SAMATERVS prouocauerat.

6. In codem Graeciae orthodoxae volumine nonnulla Graecorum monumenta inuenies, in quibus breuiores confessionis particulae, a nobis non negligendae, occurunt, maxime in CONSTANTINI oratione de protectione spiritus sancti p. 735. & GEORGII metochitar urat. contra Planudem p. 952. & 1057.

Deinde recentiores confessionis GREGORII indicamus editiores, quas veteris credimus praestantiores. Quales dederunt

1. Parisenses, qui ann. MDCXXII. fol. GREGORII thaumaturgi, MACARII AEGYPTII & BASILII. Seleuciensis opera omnia, in unum corpus collecta in lucem emiserunt p. l. cum interpretatione Latina. VOSSII:

2. GVILIELM. CAVEVS in *the history of the lives of the primitive Fathers*, p. 272. edit. tertiae. Addidit versionem Anglicanam?

3. GEORGLVS BVLLVS in *defensione fidei Nicenae* fest. II. cap. 12. p. 151. cum versione VOSSII. Fallitur enim GRABIVS p. 157. scribens, BVLLVM RVFFINI interpretationem exhibere.

4. GVIL. WHISTONVS in *appendice* voluminis *quarri operis: primitive christianity reviv'd* p. 40. itidem addita versione Anglicana noua:

5. JOANNES ALBERTVS FABRICIVS, cum in *bibliotheca Graeca* vol. V. p. 249. sq. cum inter opera HIPPOLYTI tom. II. p. 224. Vtrobique adiecit interpretationem Latinam RVFFINI & notas, de quibus postea dicemus:

6. JAC. BASNAGIVS *thesaur. monument. ecclesi.* tom. I. p. 26. cum Versione VOSSII:

7. JOANN. DOMINICVS MANSI *collegit. concilior. ampliss.* tom. I. p. 1029. itidem adiuncta VOSSII versione.

II. Accedimus ad versiones nostrae formulæ Latinas, quarum quarum nobis innotuerunt. Omnim postremam confecit GERH. VOSSIUS, quæ quam recentior sit, a nostro initio est aliena. Tres vero antiquitatem commendantur &c ad fontes criticos pertinent, quas dignas ideo iudicauimus, quæ singulariter a nobis percenserentur. De his haec habe:

I. *Primum locum dedimus interpretationi, quam RVFFINVS compofuit. Hic quam EVSEBII illustre historie eccl-*

se ipsum exinaniens, homo factus incarnatus est, quum deus esset, & homo factus mansit, quod erat deus. Et quoniam hic Jesus christus natus & passus est in veritate & non per phantasiam communem hanc mortem sustinuit, vere mortuus, vere enim a mortuis resurrexit & post resurrectionem conuersatus cum discipulis suis adsumptus est. Tum deinde dignitate ac honore patri ac filio sequitatum tradiderunt spiritum sanctum.

OBSERVATIONES.

I. Exstant haec, quorum una superest interpretatione RUFFINI Latinâ, praefat. librorum de principiis §. 4. tom. I. oper. p. 47. 48. edit. CAROLI DE LA RUE.

II. Ex eiusdem Benedictini monachi obseruatione I. pro quum nihil esset, esse fecit uniuersa, contra omnes codices MERLINVS & GENEBRARDVS ediderunt: ex nullis fecit esse uniuersa: 2. verba homo factus incarnatus — quod erat, deus, quae itidem omnes libri scripti exhibent, sidem sic corruprunt: homo factus incarnatus est, quum deus esset, & hominem mansit, quod deus erat: 3. simili modo quae in codicibus leguntur: & non per phantasiam — vere enim, ab illis sic dantur: & non per imaginem communis morte vere moremus est. Vere enim, cetera.

III. Noluimus omittere symbolum, a BINGHAMO, origin. eccl. vol. IV. p. 82. laudatum & recitatum, ingenuo tamen fatemur, ORIGENIS orationem complecti quidem infirmam dogmatum symbolicorum partem, at formae symbolorum veterum longe esse dissimillimam: id quod ven. peter introd. in libro Symbolic. p. 13. recte moquit, Addimus, ORIGENEM pergere enarrare capita, quae inde ab apostolis inter christianos, tradit, esse praedicata, & in his multa ponere, quae numquam in symbolis tenuerunt locum.

2.

Alia vera ad nos venit doctrinae christianaee formula, quam symboli nomine nostra iudicauerit indignam & multe vero ORIGENI regole tribui, negant. Quae quidem tria est concepta:

Eves

1057. οὐασέχος. RVFFINVS perpetans, Lambecianus penetrans.

8. ὑπαρξίη. Versio tertia: ortum & existentiam.

9. πεφύος. Solus FABRICIVS utroque πεφύνει. Δηλαδή. Omittit VECCVS.

10. ἐπαν — αἴτιοι. Recentiores editores differunt in interpungendo. Versio secunda hic omnia turbat.

11. πηγησία. Omitunt RVFFINVS & VECCVS.

12. Χαρηγός. Χαρηγος. VECCVS. Geos, deus solus, Lambecianus.

13. ΣΤΕ ΣΥ ΚΤΙΣΟV. — τεῖ. Num clausula haec GREGORII thaumaturgi sit, an Nysseni, magna esse solet inter viros doctos disputatio. Ad Nysseni orationem pertinere eam, crediderunt Parisienses operum illius editores, CAVEVS, DYPIN, BASNAGIVS & WHISTONVS. Fauer illis sola versio tertia. Contra ea thaumaturgo vindicare eam iubent RVFFINVS, codex Augustanus, GERMANVS, versio secunda, vindicantque BULLVS, CECILLERIVS, FABRICIVS, editores operum GREGORII thaumaturgi. Ex his plerique bina excitant GREGORII Nazianzeni effata, sententiat huic confirmandae idonea. Addigimus, ipsam orationis Nysseni series aperte postulare, ut clausulam formulae nostrae partem esse, statuamus.

14. προτερού. RVFFINVS antebac, Lambecius ante hoc.

15. επεισελθον. Codex Augustanus υπεισελθον.

16. In fine Lambecianus pro inuersibili legit inconvertibilis, vocique semper addit manet.

adsumtus est, fuisse dissimilem, quem absque sola peccati macula, quae naturalis non est, nobis constitetur conformem. Illorum quoque similiter exsecratur blasphemiam, qui novo sensu adserere conantur, a tempore susceptae carnis omnia, quae erant deitatis, in hominem demigrasse & rursum quae erant humanitatis, in deum esse transfusa: ut, quod nulla vnaquam haeresis dicere ausest, videatur hanc confusione vtraque natura exinanita, substantia deitatis scilicet & humanitatis, a proprio statu in aliud esse mutata. Qui tam deum imperfectum in filio, quam hominem constitutus, ut nec deum verum, nec hominem, tenet, creduntur. Nos autem dicimus, susceptum ita a filio dei passibile nostrum, ut deitas impassibilis permaneret. Passus enim dei filius non passatus, sed vere, omnia, quae scriptura testatur, id est, esurientem, sitiem, lasitudinem, dolorem, mortem & cetera huiusmodi. Secundus illud passus est, quod pater poterat, id est, non secundum illam substantiam, quae adsumbit, sed secundum illam, quae adsumta est. Ipse enim dei filius, secundum suam deitatem impassibilis est, ut pater: incomprehensibilis, ut pater: inuisibilis, ut pater: inconceptibilis, ut pater & quanvis propria persona filii, id est, dei verbum, suscepit passibilem hominem, ita tamen eius habitacione, secundum suam substantiam, deitas verbi nihil passa est, ut tota trinitas, quam impassibilem constiteret, nascisse est. Mortuus est ergo dei filius secundum scripturas iuxta illud, quod mori poterat. Resurrexit tercia die. Ascendit in celum, sedet ad dexteram dei patris, manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanis substantia, sed glorificata & in aeternum cum manu. Accepta ergo a patre omnium po-

potestate; quae in caelo sunt & in terra, septentrio
est ad iudicium viuorum & mortuorum, ut & impo-
tis remuneret & puniat peccatores. Resurrectionem
etiam carnis confitemur & credimus, ut dicam-
us, nos in eadem, in qua nunc sumus, verita-
te membrorum esse reparando qualesque semel
post resurrectionem fuerint effecti, in perpetuum
permansuros. Vnam esse vitam sanctorum omni-
um, sed præmia pro labore diuersa. E contrario
pro modo delictorum peccatorum quoque esse sup-
plicia. Baptisma vnam tenemus, quod iisdem sa-
cramenti verbis in infantibus, quibus etiam in ma-
ioribus, adfessus esse celebrandum. Hominem,
si post baptismum lapsus fuerit, per poenitentiam
credimus posse saluari. Nouum & vetus testamen-
tum recipimus in eo librorum numero, quem san-
ctæ catholicae ecclesiae tradit auctoritas. Animas
a deo dari, credimus, quas ab ipso factas dicimus,
anathematizantes eos, qui animas quasi partem di-
uinae dicunt esse substantiae. Eorum quoque
condemnamus errorem, qui eas ante percepero, vel
in coelis conuersatas fuisse, dicunt, quam in cor-
pora mitterentur. Execratur etiam corrum blas-
phemiam, qui dicunt, impossibile aliquid hominem
a deo præceptum esse, & mandata dei non a singulis,
sed omnibus in communitate posse seruari, vel
qui primas nuptias cum Manicheo, aut secundas
cum Cataphrygis damnant. Anathematizamus etiam
illos, qui dei filium necessitate carnis mentitum
esse, dicunt & eum propter adsumptum hominem
non omnia facere potuisse, quae voluit. Jouinia-
ni quoque damnamus haeresim, qui dicit, nullam
in futuro meritorum esse distantiam nosque eas ibi
habituros esse virtutes, quas hic habere neglexerim-
us. Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicam-
us, nos semper dei indigere auxilio, & tam illos

errare, qui cum Manichaeo dicunt, hominem peccatum vitare non posse, quam illos, qui cum Jo-niniano adserunt, hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitrii libertatem. Nos vero dicimus, hominem & peccare & non-peccare posse, ut semper nos liberi confessimur esse arbitrii. Haec fides est, papa beatissime, quam in eccllesia catholica didicimus, quinque semper tenuimus & tenemus. In qua si misera perire, aut patitur caute aliquid forte possumus est, remendari cupimus a te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem haec nostra confessio apostolatus tui iudicio cōprobatur, quicumque me maculare voluerit, se impunitus vel malevolus; vel stiam non catholicum, non me haeticum cōprobabit.

OBSERVATIONES.

I. Haec PELAGII confessio multis nominibus commendetur, neque indigna est laudibus, quibus eam passim a virtus doctis ornari, equum. Etenim si a paucis, quae iure reprehenduntur, discesseris, tam in colligendis & enumerandis gravissima christiana disciplinae partibus hisque oppositis sui aevi erroribus; quam in felicibus perspicue, caute & adcurate loquendi formulis eam contulit curson, ut fere totum theologiacae dogmaticae & polemicae formam. qualis PELAGII retate fuit, in exigua quasi tabulis expressam intueri queas. Nisi in extremis fere particulis, quae de hominis bene agendi naturali facultate praeve docebat, satis luculentier declarasset, nulla sane esset mirandi causa, errore iudicio formulam hanc vel HIERONYMO, vel AVGUSTINO dignam potuisse censeri. Eadem tamen erroris hoc debemus, ut seruata nobis illa sit & saepius litterarum formis expressa. Variae editiones laudauimus in bibliotheca haeres. tom. IV. p. 554. & in his maxime eam, quam hoc loco sequuti sumus, a GUIL. WALLO bish. paedobapt. tom. I. p. 372. sqq. edit. SCHLOSSERI prolatam.

II. Discrepare inuicem varia, quae supersunt exemplaria, certum est; multa tamen studiose videntur mutata maxime in ea editione, quae inter AVGUSTINI opera legitur, in adpend. tom. V. oper. serm. CCXXXVI. p. 274. ita ut pro veris legio-

lectionibus habent nequeam. Vnde. CONSTANTIVM in epist. pontif. p. 987. &c. VALLARSH admovit. tom. XI. oper. Hieron. p. 146. Recentiores editiones legius a se inuicem discordant, maximè postquam BARONIUS hoc symbolum in vetero codice Vaticano inuenit & ex hoc describendum curauit. Ex nostræ iudicio editio, quæ in libris Carolini de imaginum cultu libr. III. cap. I. p. 259. sqq. edit. HEYMANNI exstat, imprimis digna est, quæ obseruetur. Placuit igitur eam cum Walliana conferre & pauca illa, quæ ipse Wallus adnotauit, addicere.

1. quod Græci dicunt ὄμοσιον. Haec desunt in libr. Carol.

2. dæmoni & ineffabili generatione. Pro auferendi cito longe elegantius idem ponunt dæpium.

3. ex patre procedentem. In iisdem olim additamentum filioque lectum fuisse, beatus HEVMANNVS suspicatur, conjectura ramen letui & minus probabili.

4. Nec pater — aliquando excludit. Quamvis ita omnes habeant, WALLO tamen vox excludit suspecta est & cum includit, vel simili videtur permutanda.

5. sceleratissime. Editio operum AVGVSTINI Erasmiana legit; sceleratissimi. Vid. WALLVM ciusque inter. pretem.

6. ut nec deum vitrum. Carol. vere.

7. in perpetuum manfatu. Idem in perpetuo: vid. HEVMANN.

8. esse celebrandum. Ita omnes codices, etiam Carolini, HEVMANNVS legi vult; est celebr.

9. Fouiani. Carol. Fouiant.

10. Hæc est fides — coimprobabile. Hæc clausula, PELAGII rationibus omnino apta, ut apud AVGVSTINVM, sic in Carolinis libris prorsus mutatur. Hic ita legimus: hæc est catholicae traditionis fidei vera integritas, quam sincero corde credimus. Et faremar & in hoc opere beat. Hieronymi verbis expressam taxanimus. Hæc est vera fides, hanc confessionem conservamus atque tenemus, quam quisque inconnulse & intermerase custodierit, perpetuam salutem habebit.

ADDITIONVM.

PELAGII symbolum, modo diximus, HIERONYMO saepius olim adscriptum fuisse. Praeter hoc aliud circumfertur, quod is ad Cyrilum dedisse, creditur. At non modo doctore Seridonensi illud esse indignum, sed recentiore etiam aetate fitum, nemo nunc dubitat. Continet expositionem symboli Ni-

exenti nec doctissimi, nec illis instructissimis argumentis, quae ad dogmatum historiam ornandas faciunt. Nec iusta inter symbola, sed potius symbolorum explicaciones referri causa oportet. Dedit opusculum DOM. VALLARSIVS inter HIBRONYMI opera tom. XI. p. 149.

VI.

FRAGMENTA SYMBOLI CAELESTII.

c. I. Infantes autem debere baptizari in remissionem peccatorum secundum regulam vniuersalis ecclesiae & secundum euangelii sententiam, confitemur, quia dominus statuit, regnum caelorum non nisi baptizatis posse conferri: quod quia vires naturae non habent, conferri necesse est per gratiae libertatem. In remissionem autem peccatorum baptizandos infantes non idcirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare videamur: quod longe a catholicis sensu alienum est. Quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine: quia non naturae delictum, sed voluntatis esse, demonstratur. Et illud ergo confiteri congruum, ne diuersa baptismatis genera facere videamur, & hoc praemunire necessarium est, ut per mysterii occasionem, ad creatoris iniuriam, antequam fiat ab hominie, tradicatur homini per naturam.

II. Si quae vero praeter fidem quaestiones natiae sunt, de quibus esset inter plerosque contentio, non ego quasi auctor alicuius dogmatis, definita hac auctoritate statui, sed ea, quae de prophetarum & apostolorum fonte suscepit, vestri apostolatus offerimus probanda iudicio, ut si forte ut hominibus quispiam ignorantiae error obrepserit, vestra sententia corrigatur.

OBSERVATIONES.

I. CAELESTIVM, quem constat cum PELAGIO & amicitiae vinculo & errorum communione fuisse coniunctum, ZOSIMO, Romanorum sacerorum praefuli tradidisse *Symbolum* & in eo conscribendo, magistri exemplo, retinuisse symbolorum veterum formam, ita ut a *trinitate unius deitatis usque ad resurrectionem progrederetur*, clarissimis cognouimus cum AVGUSTINI, tum ZOSIMI testimonii, quae ipsi excitauitus *biflor. baeres. tom. IV. p. 564. sq.* At superesse nobis formulam CAELESTII, nemo adfirmare ausus est, praeter JOANN. GARNIERIVM, qui ita lapsus est, vt PELAGII symbolum, ab AVGUSTINO per partes enarratum & confutatum, pro CAELESTII libello haberet hocque errore deceptus integrum fingeret CAELESTII symbolum fictumque in *dissertationes septem*, quibus *integra continetur historia Pelagiana*, tom. I. operum MARII MERCATORIS adiectas & a JO. CLERICÒ *tomo XII. oper. AVGUSTINI repetitas, transferret: conf. diff. lli. p. 312. edit. primæ, & p. 214. secundæ.* Vere enim nihil ad nos venit, praeter has, quas dedimus, particulas & nonnulla AVGUSTINI loca, quibus non verba CAELESTII expressa, sed sententias modo relatas videbis. Ea quidem omnia collegit CONSTANTIVS *epistol. pontif. p. 985.* nobis vero satis fuit, exhibere vera symboli *Caelestiani* fragmenta, vt caueant alii a GARNERII fraudibus & certo iudicio vera a falsis, certa ab incertis discernant.

II. Fragmentum primum recitat AVGUSTINVS de peccato originis cap. V. p. 171. secundum cap. XXIII. p. 177. *tome X. oper. edit. Bened.*

VII.

SYMBOLVM JVLIANI, SIVE PELAGIANORVM QVORVM DAM.

Credimus in deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in dominum nostrum Jesum christum filium dei viui, per quem creatæ sunt omnia, non extrinsecus natum, aut factum, sed de patris substantia generatum, ex deo vero deum verum: vt hqo sit ille,

ille, qui genitus, quod est ille, qui genuit, & quia pater deus sine viro sibi patre pater est, idcirco filius, de hoc patre progenitus, patre inferior esse non potuit, non habens initium filius, quia nec pater profectum. Credimus & in spiritum sanctum, deum verum, ex patre procedentem, aequalem per omnia patri & filio, voluntate, operatione, perpetuitate, substantia. Et distinguentes personas in proprietatibus nominum, deitatem tamen trinitatis inseparabilem confitemur, nihilque esse in trinitate credimus, quod superius inferius dicatur, quia tota trinitas potestate deitatis & substantiae unitate coniuncta est. In plenitudine vero temperum missus filius dei, non maioris imperio potestatis, sed communione voluntatis, *sicut verbum caro*, non ut per conuersiōnem deus esse desineret, sed per adsumptionem carnis inciperet homo esse, quod non erat, & ut adscenderet ad deum homo, deus descendit ad hominem. Nascitur ergo nobis ex spiritu sancto & Maria semper virgine, qui secundum diuinitatem numquam defuit patri. Ex duabus igitur substantiis plenissimis atque perfectis, dei & hominis, Jesum christum, filium dei accepimus, quem tam secundum deitatem patri, quam secundum humanitatem nobis confitemur fuisse conformem, absque sola peccati macula, quae naturalis non est. Illa videlicet ratione, ut uniuersum mundum a peccatis, & exemplo reuocaret & patiendo redimeret: dum peccatum & quasi deus ignoscendo auferat & quasi homo, per naturae similitudinem, quemadmodum de cetero vinci possit, ostendit. Incipiens a baptismo Iohannis, quo baptizatus est, dandi exempli gratia, non sui, sicut quidam volunt, causa peccati, sicut ipse ait ad Iohannem: *fuge medo: sic enim opereris implere omnem iustitiam*, subiecit se omnibus passionibus carnis, ferendo esuriem, siti, lassitudinem, dolorem,

dolorem, mortem & cetera huiusmodi; factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Secundum quod nos beatus Petrus edocuit, dicens: *ebrius passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus invenitus est in ore eius.* Hunc igitur credimus ob nostram salutem secundum carnem passum & sepultum, tertia die resurrexisse, & vt mortem destrueret & vt nobis viam resurrectionis aperiret. Adscendens in caelos, sedet ad dexteram patris, humanitatis manente substantia, quae non est exinanita, sed glorificata & in aeternum cum deitate mansura. Quem venturum credimus ad viuos & mortuos iudicandos. Cuius virtute & exemplo omnem humanam carnem in eadem membrorum veritate, qua a deo facta est, credimus suscitandam, vt & peccatores poenas & iusti gloriam consequantur. Vnam vitam sanctorum omnium fore, sed praemia pro labore diuersa & e contrario modo delictorum, peccantium quoque esse supplicia. Baptisma secundum exemplum ecclesiae & praeceptum dei unum sumemus, quod omnibus simul aetatibus necessarium veraciter & tradimus, & tenemus, & veniam peccatorum ac regnum caelorum dicimus inuenire neminem posse, nisi qui baptismum fuerit consequatur. Eum, qui post baptismum peccauerit, per poenitentiam credimus posse salvare. Nouum & vetus testamentum recipimus in illo librorum numero, quem catholica ecclesiae tradit: auctoritas.

OBSERVATIO.

Quod JAC. SIRMONDVS ex codice Veronensi descripsit; JOANNES vero GARNERIVS primus in lucem produxit, symbolum hic quidem JULIANO Eclanensi, homini vere docto, sed Pelagianna disciplinae additio: huiusque contra AVGVSTINVM propugnatori, vindicare ausus est idemque multis persuas.

fit. Nostra tamen acetate, recte ita statui, iure suo dubitante
 RUBEIS formulamque a nonnullis Pelagii amicis Aquileiensibus conditam fuisse, ingeniose comprobauit. Quod de re legas,
 quae in *bisser. haeres. vol. IV. p. 676.* diximus. Libellus vero
 quatuor amplectitur partes, ex quibus primam modo adulimus,
 quae omnino inter symbola antiquiora locum obtinet. Secunda vberius explicat Pelagianæ scholæ dogmata: tertia
 enumerat errores, quorum suspicionem a se dimotæri cupiunt
 auctores: quarta denique nonnulla alia exhibet, eo consilio
 proposita, ut mitius benigniusque cum scriptoribus formulæ
 geretur. Integrali vero formulam GARNERIVS *loc. cit. p. 319.*
 & CLERICVS *loc. cit. p. 220.* Qui cam cum PELAGII symbolo
 comparare velit, vix dubitabit, illam ad huius exemplum
 fuisse expressam.

VIII.

SYMBOLVM FAVSTINI.

Sufficiebat fides conscripta apud Nicaeam aduersus haeresin Arianam, sed quia prauo ingenio quidam sub illius fidei confessione impia verba commutant, nobis inuidiam facientes, quod velut haeresim Sabellii tueamur, paucis & contra Sabellium primæ fidei confessione signamus & contra hos, qui sub nomine catholicae fidei impia verba defendunt, dicentes, tres esse substantias, quum semper catholica fides unam substantiam patris & filii & spiritus sancti confessa sit. Nos patrem credimus, qui non fit filius, sed habeat filium, de se sine initio genitum, non factum; & filium credimus, qui non fit pater, sed habeat patrem, de quo fit genitus, non factus & spiritum sanctum credimus, qui fit vere spiritus dei. Vnde & diuinae trinitatis unam substantiam confitemur, quia qualis est pater secundum substantiam, talem & genuit filium, & spiritus sanctus non creatura existens, sed spiritus dei, non est alienus a substantia patris & filii, sed est eiusdem & ipse substantiae cum patre & filio, sicut

sicut quasdem deitatis. Nam qui nos putant esse Apollinaristas, sciunt, quod non minus Apollinaris haeresim exsecramur, quam Arianam. Miramur autem, illos catholicos posse probari, qui patris & filii & spiritus sancti tres substantias confitentur. Sed & si dicunt, non se credere filium dei, aut spiritum sanctum creaturam, tamen contra impiam fidem sentiunt, quum dicunt, tres esse substantias: consequens est enim, ut tres deos confiteantur, qui tres substantias confitentur. Quam vocem semper catholici exsecrati sunt.

OBSERVATIO.

Formulan hanc ex codice canonum ecclesiae Romanae, quem PASCH. QUESNELVM inter LEONIS magni opera editiss., saepius liximus, cap. XXXVIII. p. 73. descriptissimum. FAVSTINI nomine eidem ibi praescriptum esse, videbis, quem cumdem esse cum LVCIFERI adfida multorumque librorum scriptore, idem QUESNELLVS diff. XLV. num. VI. p. 378. suspicatus est. Quanuis formula haec potius symboli doctrinam declarat, quam formam exprimat, noluimus tamen eam prae- termittes, quod viris doctis minus innotuisse videtur, licet nostra obseruatione digna sit. Pertinet enim manifeste ad controversiam, de vocis θεοσοτητis in doctrina de trinitate vsu Antiochiae inter PAULLINVM & MELETIVM actam, de qua alibi nos copiose dihutare meminimus.

IX.

SYMBOLVM THEODORI MOPSVESTENI.

Τας ή την πρωτον παιδευομενες των ἐκκλησιαστικών δουγμάτων την αὐτοίβειαν, η ἐκ τηνος αὐτεπικης πλανης μεθιστασθα βελομενες ἐπι την αληθειαν, διδασσεσθασ οφειλει, καν ὁμολογειν, ὅτι πιευομεν εἰς ἕνα Θεον, πατερα αὐδιον, ἐδ' υἱερον αὐξανενον τα εἴναι, αὐλα αὐνωθεν οὐτα αὐδιον Θεον, ἐτε μην υἱερον γεγονοτα πατερα, ἐπειδηπερ αὐτι Θεος τε ην καη πατηρ. πιευομεν δε καη εἰς ἕνα Θεα υἱον μονογενη, ἐκ της ἀποιει οὐτος

της

της πάτερων, ὅπεράς γένον καὶ τῆς δύοτης θόσιας ὅπα, οὐπερ ἐσί καὶ πισευται γίος. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα δὲ τοῦ αγίου, ἐκ τῆς Θεος τυγχανον θόσιας, δύχι γίοι, Θεον δὲ φίλα τη βόσια, ὡς ἐκείνης ὃν της βόσιας, ησπερ ἐσί ὁ Θεος καὶ πατηρ, ἐξ οὐπερ κατ' θόσιαν ἐσίν. πήμετ γαρ Φοῖτη, δὲ τὸ πνεῦμα ἐλαβομεν τη κορμα, αἷλα το πιευμα, το ἐκ Θεος της μετ κτισεως ἀποχωρησας ἀπασης, Θεος δὲ συνεψας, ἐξ οὐπερ κατ' θόσιαν ἐσί ιδιαζοντι λογω παρα πάσσαν την κτισιν, ην κατ' ψισαν, ἐπλ' αἰτιας θη μιχργιας ἐκ Θεος νομιζομεν είναι, καὶ εἴτε γίοι νομιζομεν, εἴτε δια γία την ὑπαρξην ἐληφθος. ὄμολογμεν δὲ πατερες τελειον προσωπῳ καὶ γίνεται πνευμας ὥσπατως. συζομεν τα λογια της εὐσεβειας γίμιν, τω πατερεω καὶ γίοι, ὅμοιας καὶ πνευμας αὔγιοι μη τρεις τηνας Διεφορης θόσιας νομιζειν, αἷλα μιση τη ταυτοτητας της Θεοτητος γνωριζομενην. Χρη δε καὶ περ της ὄντονομας, γιν ύπερ της ἡμετερας σωτηριας εν τη γατα τον δεσποτην χρισιν ὄντονομα, ὁ δεσποτης ἐξετελεσ Θεος, ειδεναι, ὅτι ὁ δεσποτης Θεος λογος αὐνθρωπον ἐληφθε τελειον, ἐκ σπερματος ὅπα Λβεραμ καὶ Δαυιδ, κατα την διαγορευσιν των Θεων γραφων, τατι ὅπεται την Φοῖτη, σπερ ησσαν ἐκεινοι ἀντερ εκ σπερματος την χνθρωπου τελειον την Φοῖτη, ἐκ ψυχης τε νοερας καὶ σαρκος συγεζωται αὐνθρωπης. ὃν αὐνθρωπον ὄνται καεδ γίμιας την Φοῖτη πνευματος αὔγιοι δυναμει εν τη της παρθενες μητρας διαπλασθεται, γενομενον ύπο γυναικος καὶ γενομενα ύπο γομον, ινα πάντας γίμιας ἐξαγορεσση της τα νομια διλειας, την πορρωθεν προωρισμενην υιοθεσιαν αἵπολοιζονταις, αἵπορενταις, συνηψεν ἔσαντω. Θαυματε μεγ αύται κατα γομον αὐνθρωπων πειρασθησαν πατεροκυνεσσας, ἐγειρεται δε ἐκ γενεων, καὶ αἱραγαγων εἰς βρασον, καὶ καθισταις ἐκ δεξιων τη Θεος. ὅδεν δη ύπερεσων πασης ύπαρχων αἵρχη, καὶ εἴθοσιας καὶ κυριοτητος καὶ δυναμεως καὶ καντος ὄντος ὄνομαζομενη, ἐκ εν τω αἰωνι τετω μισου, αἷλα καὶ εν τω μελλοντι, την παρα πασης της κτισεως δεχεται προσκυνησιν, ὡς αὐχωρισον προς την Θεον Φοῖτη ἐχων την συνεψειαν, αὐνθρωπος θεος καὶ εἴναιος πειρης αύτη

αὐτῷ τῆς κτίσεως τὴν προσκυνητὴν αὐτονεμάσων. Καὶ δύο
δύο Φαρμεν ὑιος, δύε δύο κυρίους. ἐπειπερ εἰς Θεός καὶ
βοσκὸν ὁ Θεός λογος, ὁ μονογενῆς υἱος τὸ πάτερος, ὡπερ
ἔτος σπλημμένος τῇ καὶ μετεχόντι Θεοτητος κοινωνεῖ τῆς
ὑιος προσπηγορίας καὶ τίμης, καὶ κυρίος καὶ βοσκόν ὁ Θεός
λογος, ὁ συνημμένος ἔτος κοινωνεῖ τῆς τίμης. καὶ δια
τέτο δύε δύο Φαρμεν ὑιος, δύε δύο κυρίους. ἐπειπερ εἰς τὰ
καὶ βόσιαν ὄντας κυρίων ταὶ καὶ υἱοὺς αὐχωρίσον ἔχει πρός
αὐτὸν τὴν συναφείαν ὁ ὑπερ τῆς ἡμετέρας ληφθείς δῶ
τηρίας συναναφερεται τῇ τε ὄνομασίᾳ καὶ τῇ τίμῃ τα
τε υἱοὺς καὶ τὰ κυρίων, δύχις ὥστερης ημών ἕκαστος καθ' ἕαν
τον ὑπαρχόν υἱος. ὅδεν δὲ καὶ πόδιοι υἱοι κατότον μα
καριον λεγομενά Παυλον. ἀλλα μονος ἐξαιρετον ἔχων
τέτο εἰκ τη προς τον Θεον λογον συναφεια: της τε υἱο
τητος καὶ κυριοτητος μετεχων, ανασιρει μεν πασαν ἐννοι
αν διαδος υιων τα καὶ κυριων, παρεχειν δε ημιν ἐν τη
προς τον Θεον λογον συναφεια πασαν ἔχειν ἀντε τη
πισιν καὶ την ἐννοιαν καὶ την θεωριαν, ὑπερ αὐτην δι
την προσκυνητην και αναφοραν θεε, παρε πασης δεχε
ται της κτίσεως. Εἴη τοιν ταν κυριον Φαρμεν και κυ
ριου Ιησου χρισου, δι ε τα παντα ἐγενετο πρωτοτυ
πως μεν τον Θεον λογον νοεντες, τον καὶ βόσιαν υιον
θεε και κυριον, συνεπικοινωντες δε το ληφθεν, Ιησου τον
ἀπο Ναζαρετ, ὃν ἔχοσεν ὁ Θεος πνευματι και δονα
μει, αὐτην τη προς τον Θεον λογον συναφεια μιοτητος τα
μετεχοντας και κυριοτητος. Ος και δευτερος Αδαμ και
τα ταν μακαριον καλειται Παυλον, ας της αὔτης μεν
φυσεως υπαρχων τα Αδαμ. αναδειχεις δε ημιν την μελ
λασσαν κατασασαν. και τοσαυτην ἔχων προς εκεινον την
συναφοραν, συηπερ αν γενοτο τα απορρεητα χορη
γεντος ἐπι της μελλοντης κατασασων αγωνια προς την
των παραστων λυπηρων δεδωκοτα την αρχην. τον διοιον
δε τροπον και δευτερος Αδαμ καλειται; ας την δευτερη
ρου κατασασων εκφηνεις. ἐπειδηπερ της μεν προτερας
αρχη γεγονεν ὁ Αδαμ, της θυητης και παθητης και
πολλων γεράκης εσωμηνει, εν αὐτην την προς αὔτον

αὐλιφεμεν ὁμοιωσιν την δε δευτεραν αὐτεβεῖξεν ὁ θεοποίης χειρος, ὃς ἐξ ὀρανῶν ἐπι τῷ μελλοντος Φανεις, αἰταντας ἡμας εἰς την κοινιαν αἴξων την ὀικεισην. Ο γαρ πρωτος, Φησιν, αἰνθρωπος ἐκ γης χοικος, ὁ δευτερος αἰνθρωπος, ὁ κυριος ἐξ ὀρανων. τατεσιν, ἐκεινην αὐταφαινεδαι μελλων ἐπι τω παντας εἰς μιμησιν αἴγεν ἔστιν. οὐτου ἐπαργει. οἷος ὁ χοικος τοιχοι και οἱ χοικοι, και φίοις ὁ ἐπιχρωνιος, τοιχοι και οἱ ἐπιχρωνιοι. και. καθως ἐφορεσαμεν την ἑικονα της χοικης, Φορεσωμεν και την ἑικονα της ἐπιχρωνιας. ἐν τατω δη Φαγιομενω τε και παρεπαντων ὄρῳμενω των κρινεδαι μελλοντων, ἐν αὐταις τυγχανεσσε ποιησεται την κρισιν η Θεος Φυσις. τας γαρ χρονις της αὐγυνιας ἡμων ὑπερβιδων ἐθεος, ταντο παρεπαγγελλει τοις αἰνθρωποις πασι πανταχοις μετανοειν. καθοτι ἐνησεν ἡμεραν, ἐν η μελλει κρινειν την ὀικειρευην ἐν δικαιοσυνῃ, ἐν αὐδρι, ᾧ ὠριστε, κισιν παρεποχων, πάνοςσας αὐτον ἐκ νεκρων. ΛΑΤΗ των ἐκκλησιασικων δογματων η διδασκαλια. και πας ὁ ἐνσαντια τατοις Φρονων αὐταθεμει εἶω. Πας ὁ μη δεχομενος την σωτηριον μετανοιαν, αὐταθεμει εἶω. πας ὁ μη ποιων την ὀργιαν ἡμεραν της πασχοις καιτα του της αὐγυνες και καθολικης ἐκκλησιας θεομον, αὐταθεμει εἶω:

VERSIO LATINA MARII MERATORIS.

ixv. Qui nunc primum in ecclesiasticis erudiuntur dogmatibus, liquido cognoscendis, aut ab haeretico errore conuerti decreuerint ad veritatem, duceri eos oportet, quoniam credimus in unum deum patrem sempiternum, non qui postmodum coepit, ut esset, sed qui ab aeterno sit sempiternus deus, nec qui postea factus sit pater, quoniam semper erat deus, semper erat pater. Credimus & in unum filium dei unigenitum, qui est de substantia, vel essentia patris, tamquam vere filius & eiusdem essentiae cum illo, cuius est & creditur esse filius. Et in spiritum sanctum, qui sit de dei sub-

substantia, vel essentia, non qui filius sit, deus autem essentia, tamquam qui sit illius essentiae, cuius est deus pater, ex quo secundum essentiam est. *Nos enim, inquit scriptura, non spiritum mundi huius mundi accepimus, sed spiritum, qui est ex deo,* ab omni eum creatura alienans, deo vero coniungens & copulans, ex quo, vel de quo est secundum essentiam, speciali videlicet ratione, supra omnem omni modo creaturam, quae non secundum essentiam dei, sed secundum quod factura est, causam habens, ex deo esse putatur: quem neque filium, neque per filium existentiam accepisse, putamus. Confitemur autem patrem in persona perfectum & filium similiter, sanctum quoque spiritum pari modo, salua nobis ratione pietatis, in qua patrem & filium & spiritum sanctum, non tres aliquas diuersas putemus esse essentias, sed unam, quam in deitatis unitate & parilitate cognoscimus... Oportet autem & de dispensatione, quam secundum dominum Jesum christum pro salute nostra, consummauit dominus deus, nosse nos, quoniam deus verbum hominem suscepit, perfectum ex semine Abraham & David, secundum scripturarum diuinarum eloquia, hoc existantem secundum naturam, quod erant & illi, quorum erat ex semine, hominem natura perfectum, ex anima rationali & carne humana constitutum, quemque hominem secundum nos naturaliter, virtute & potentia spiritus sancti in virginis utero figuratum; factum ex muliere, factum sub lege, ut omnes nos ex maledicto legis seruitute redimeret, adoptionem filiorum olim praedestinatam recipientes, inenarrabiliter copulauit sibi atque coniunxit, mortem quidem eum, secundum hominum legem, preparans experiri; suscitans vero eum & in caelum sublevans, sedere fecit ad dexteram dei: propter quod existens super omnem prin-

principatum & potestatem & dominationem & virtutem
 & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc
 seculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura adora-
 bilis suscepit venerationem, tamquam inseparabi-
 lem cum divina natura habens coniunctionem &
 tamquam deo supra omnem cogitationem & intel-
 lectum, vniuersa illi creatura reverentiam exhiben-
 te. Et neque duos dicimus filios, nec duos do-
 minos, quoniam unus filius secundum essen-
 tiam verbum deus, unigenitus filius patris, cui
 ille coniunctus, particeps deitatis, communem ha-
 bet filii nuncupationem & honorem, nihilominus
 dominus secundum essentiam deus verbum est, cui
 coniunctus ille & sociatus, communionem habet ho-
 noris cum illo. Et propter ea neque duos dicimus
 filios, neque dominos duos, quoniam, in mani-
 festo exsidente, qui secundum essentiam dominus
 & filius est, inseparabilis ad eum coniunctionem
 & societatem is, qui pro nostra salute adsumptus
 est, conrefertur, tam nuncupatione, quam hono-
 re & filii & domini, non sicut unusquisque no-
 strum, ex se existens, appellatur filius dei unde
 & plures filii dei dicuntur, secundum beatum Paulum,
 sed is singulariter hoc habens, in id, quod
 deo verbo coniunctus est, dignitatis filii & domi-
 nationis particeps: aufert quidem omnino duorum
 dominorum & filiorum intelligentiam, praefat au-
 tem nobis in coniunctione dei verbi omnem habe-
 re fidem omnemque intellectum & contemplatio-
 nem, ob haec & venerationem ex dei societate ab
 omni percipit creatura. Vnum igitur dicimus de-
 um & dominum Jesum christum, per quem omnia
 facta sunt, principaliter quidem deum verbum in-
 telligentes, qui secundum essentiam filius dei est
 & dominus; pariter etiam cogitantes eum, qui su-
 sceptus est, Jesum a Nazareto, quem unxit deus
 spiritu sancto & virtutem tamquam ad deum verbum
 ba-

habentem coniunctionem & participantem filii & domini dignitati. Qui & secundus Adam appellatur, sicut beatus apostolus testis est Paullus, qui tamquam eiusdem sit naturae, cuius est Adam: manifestauit nobis quidem futurum statum, & tantam ad illum Adam habens differentiam, quam tam esse oportuit inter eum, qui largitor & minister erit tantorum bonorum status futuri, & eum, qui praesentium tristium nobis initium intulit. Hinc simili modo & secundus Adam appellatur, tamquam qui secundum enuntiauerit statum. Et quoniam prioris illius mortalis & passibilis & pleni multorum malorum, in quo ad eum accepimus similitudinem, cuius status initium factus Adam est; secundum statum demonstrauit futurum dominus christus de caelis adparens, qui omnes nos in suam adducet familiarem communitatem. Primus enim homo, inquit, de terra terrenus, secundus homo, dominus de celo, hoc est, inde visendus, ut nos ad sui imitationem adducat. Vnde & adiungit: qualis terrenus, tales & terreni & qualis caelestis, tales & caelestes. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. In isto, inquit, qui paret & videtur ab omnibus, eorum, qui iudicandi sunt, inuisibilis faciet iudicium diuina natura, secundum apostolum Paullum, qui ait: Et tempora quidem ignorantiae nostrae despiciens deus, nunc mandat ubique omnibus hominibus pœnitentiam agere, quia statuit diem, in qua iudicaturus est orbem terrarum in iustitia, in viro, in quo definit, fidem praestans, suscitans eum a mortuis. Haec ecclesiasticorum dogmatum doctrina, atque adeo omnis, qui contra haec sentit, anathema fit.

VERSIO ALIA LATINA VETVS.

Eos, qui nunc in primis imbuuntur ecclesia. cvi.

stici dogmatis diligentia aut ex aliquo volunt haeretico errore ad veritatem conuerti, doceri & considerari oportet, quia credimus in vnum deum, patrem sempiternum, neque postea incipientem, vt esset, sed qui est ab aeternitate sempiternus deus, neque vero postea factum patrem, quoniam utique semper deus erat & pater. Credimus vero & in vnum dei filium unigenitum, de substantia existentem patris, sicut vere filium & eiusdem substantiae existentem illi, cuius est & creditur filius. Et in spiritum vere sanctum, qui ex dei est substantia, non filium, deum vero, sicut eiusdem existentem substantiae, cuius est deus pater, ex quo secundum essentiam est. *Nos enim*, inquit, *non spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui ex deo est*, a creatura quidem eum vniuersa separans, deo vero coniungens, ex quo essentia liter est speciali modo praeter omnem creaturam, quam non secundum substantiam, sed secundum caussam operationis ex deo esse, arbitramur. Sed neque filium aestimamus eum, neque per filium summissae substantiam. Confitemur vero patrem perfectum persona & filium similiter & sanctum spiritum identidem, salua nobis pietatis ratione, id est, patrem & filium & spiritum sanctum, non tres alias diuersas substantias aestimari, sed unam identitate deitatis cognoscendam. Oportet vero & de dispensatione, quam pro nostra salute in domino christo dominus deus perfecit, scire, quoniam deus verbum perfectum hominem adsumpsit ex semine Abrahae & David, secundum pronuntiationem diuinarum scripturarum, hoc existentem natura, quod erant illi, ex quorum semine erat, hominem perfectum natura ex anima intellectuali & carne humana constantem. Quem hominem existentem secundum nos per naturam, spiritus sancti virtute in virginis vtero

vterò formatum, factum ex muliere & factum sub lege, vt nos omnes a seruitute legis redimeret, anteiam praedefinitionem accipientes, inenarrabiliter sibimet vniuit, mortem quidem eum secundum legem humanam experiri constituens; suscitans vero ex mortuis & perducens in caelum & confidere faciens ad dexteram dei. Vnde super omnes constitutus, principatus & potestates & dominaciones & virtutes & omne quod nominatur nomen non solum in hoc seculo, verum etiam & in futuro, ab omni creatura accepit adorationem, sicut inseparabilem ad diuinam naturam habens copulationem relatione dei & intelligentia, omni creatura ei adorationem exhibente. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos, quoniam unus filius secundum substantiam, deus verbum, unigenitus filius patris, cui iste coniunctus & participans filiatione, communicat nomine filii & honore: & dominus secundum essentiam est deus verbum, cui iste coniunctus honore communicat. Et ideo neque duos filios dicimus, neque duos dominos, quia manifeste constituto secundum substantiam domino & filio, inseparabilem tenet ad eum copulationem, qui causa nostrae salutis adsumptus, conrefertur nomine & honore filio & domino: non sicut unus quisque nostrum & secundum seipsum constitutus est filius, vnde & multi secundum beatum Paullum dicimur filii, sed solus praecipuum habens hoc, quod in ea, quae est ad deum verbum, copulatione filiatione & dominatione participans, aufert quidem onem suspicionem dualitatis filiorum & dominorum; praestat vero nobis in copulatione ad deum verbum, omnem habere ipsius fidem & intelligentiam & speculationem, pro quibus & adorationem pro relatione dei ab omni suscepit creatura. Vnum igitur filium dicimus, & dominum nostrum Jesum christum,

stum; per quem omnia facta sunt, principaliter quidem deum verbum intelligentes, substantialiter filium dei & dominum; cointelligentes autem assumptum Jesum a Nazareth, quem vnxit deus spiritu & virtute, sicut in verbi dei copulatione filiationis & dominationis participantem. Qui & secundus Adam iuxta beatum Paulum dicitur, utpote eiusdem naturae constitutus, cuius Adam; demonstrans vero nobis futurum statum, & tantam habens ab illo differentiam, quantam quidem esse oportet inter eum, qui inenarrabilia ministrat in futuro seculo bona, & inter eum, qui praesentium tribulationum dedit initium. Simili vero & secundus Adam vocatur, sicut secundum statum demonstrans, quoniam primi quidem mortalis & passibilis & multis pleni doloribus exordium factus est Adam, cuius & nos suscepimus similitudinem: secundum vero ostendit dominus christus, qui de caelo in futuro adparens omnes nos ad suam perducet communionem. *Primus enim, inquit, homo ex terra terrenus, secundus homo dominus de caelo, id est, exinde adparitus, ut omnes ad imitationem perducat suam.* Vnde subiunxit: *qualis terrenus, tales & terreni, qualis caelestis, tales & caelestes.* Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis. In eo vero adparente & ab omnibus videndo, qui in futuro iudicandi sunt, inuisibiliter existens faciet iudicium diuina natura. Tempora enim ignorantiae praetermittens deus, nunc praecepit omnibus hominibus ubique poenitentiam agere, quoniam statuit diem, in qua iudicaturus est uniuersum orbem in iustitia in viro, quem praedestinavit, fidem praestans omnibus resuscitans eum a mortuis. Haec est ecclesiasticorum dogmatum doctrina: & omnis, qui his contraria sapit, anathema sit. Omnis, qui salutarem poenitentiam non luscipit, anathema sit.

fit. Omnis, qui non celebrat sanctum diem paschae secundum sanctae catholicae ecclesiae statuta, anathema fit.

OBSERVATIONES.

I. Celebratum hoc conciliorum Ephesini & Constantino-politani sub Justiniano decretis & veterum & recentiorum, qui ad Nestorianam controversiam pertinente, scriptorum iudicis symbolum omnino dignum fuit, cui in nostra collectione locus concederetur; nec impediri nos possimus impio & turpi clamaore synodi, quam modo diximus, Constantinopolitanae, in *actis* eiusdem relato: *hoc symbolum Satanas compo- suit.* Quamuis hoc certum sit, satis inepit diabolum formulæ auctorem haberi, nihilominus, quis vere illam litteris consignauerit, dubium esse solet. Quodsi ex testium, utri fieri decet, numero & auctoritate rem aestimaueris, THEODORVM illum *Mopsue- stenum*, virum vere acuti ingenii & variae doctrinae, illam condidisse, admodum probabile tibi videbitur. Atuero contradicere his, qui ita esse, memoriae nostrae prodiderunt, FACVNDS Hermianensis auctoritate ausus est, sed nullo veri exquirendi studio commotus. Hic enim quama *tria capitula*, hot est, eum IBAE & THEODORETI libris, hanc THEODORI *Mopsuesteni* formulam aliqua eiusdem opuscula iniuria condemnari, crederet eademque defendere sibi sumeret; symbolo vero inesse videret difficultores de persona christi sententias, maluit negare, quod ceteri omnes adfirmabant, THEODORVM symboli, ab Ephesiniis damnati, recte haberi scriptorem. Primus igitur libellum NESTORIO adiudicauit, quem eumdem cognitum habuisse, nec modo laudasse, sed alios etiam, ut nomina sua ei adscriberent, adduxisse, vix iure dubitari potest. FACVNDS auctoritate innixi, BELLARMINVS, PETAVIUS aliisque NESTORIVM scripsisse symbolum, & sibi persuaserunt, & aliis voluerunt persuadere. Ignorarunt vero, superesse MARII MERCATORIS opusculum, quo THEODORVM formulam consecuisse, aperte testatus est hancque confutauit, a JOANNE GARNERIO tom. II. oper. MERCATORIS p. 258. productum. Ab eo tempore vix credimus quemquam dubitasse, non NESTORII, sed THEODORI, quo ille vius est magistro, symbolum esse. Legas GARNERIVM loc. cit. p. 256. FABRICIVM biblioth. Græc. vol. IX. p. 164. & ZORNIVM opuscul. sacr. tom. I. p. 202. & quos hi laudarunt scriptores.

II. Graecus symboli extus seruatys nobis fuit cum *actis* con-

concilii Ephesini, in quorum actione VI. recitatur apud MAN. STIVM coll. concil. ampliss. tom. IV. p. 1347. Adiuxit eumdem MARI MERCATORIS versioni Latinæ. Quum ad eumdem HARDVINVS nonnullas ex codice Parisiensi lectiones variantes & proprias coniecturas adscripsit, easdem quidem hoc loco a nobis repeti fas est.

1. οΦειλει, προσηκει. Coniect. προσηκευ.
 2. ημεις γαρ, υμεις.
 3. ἐλαθομεν, ἐλαθετο.
 4. αποχωρησεις, αντον χωρησεις.
 5. νομιζομεν bis. νομιζοτες.
 6. παρθενις, παρθενιος.
 7. γενομενοι οπο γ., γεγονειαι εκ γ.
 8. κατασκευαις, παρασκευη.
 9. εις θεος, εις θεος. Sic & GARNERIUS legi.
- vult.
10. επειδη εις, επ. δηλις εις.
 11. αιχωρις. εχει, αιχ. εχων.
 12. και αιναφορειν, καιται αιναφ.
 13. του κυριου Φασι. του θιου Φαμεν. Coni.
 14. αιναφορειν, διαφορ. Coni.
 15. δευτερος Αδαμ, δ. αινθρωπος.
 16. αξον, αξει.

III. Quadruplex existat symboli versio Latina vetus. Prima, antiquitate ceteris omnibus superior, a MARIO MERCATORE confecta est; sed minus elegans, nec satis perspicua. Verbum enim se de verbo transferre conatum esse, ipse in prefatione fatetur. Descripsimus eam ex editione GARNERII, saepius laudata. A Graeco textu in eo maxime differt, quod ex subiectis anathematismis binos posteriores prorsus omittit, quos fortasse a consilio, quod cepерat MARIUS, ex hoc symbolo contra Nestorianis & Pelagianis dogmata disputeandi, nimis credebat alienos; nisi vere eos a NESTORIO additos fuisse, ex narratione CHARISII in actis Epesini conieceris. Secundam inter alia concilii Epesini Latine conversam primus protulit STEPHAN. BALVZIUS, repetit MANSIUS loc. cit. Simili modo tertiam idem BALVZIUS non modo cum versione Latina alterum concilii Chalcedonensis iuris publici fecit, sed diligentius etiam cum codicibus contulit & lectionis varietate instruxit. Eamdem dedit MANSIUS coll. concil. ampliss. tom. VI. p. 889. sq.

Quaria

Quarta denique itidem BALVZIO debetur, qui primus vetuissimam Latinam versionem aliorum concilii documentis quinti, hoc est, Constantinopolitani sub Justiniano e tenebris in lucem restituivit, & varios codices eiusdem secum comparauit. Nostra vero formula in illo praesulum contentu collatione IV. fuit regitata. Sic repetita fuit a MANSIO laudati corporis sono IX.
p. 227.

IV. Ex quatuor istis Latinis symboli versionibus nos quidem *primam* & *tertiam* describi curauimus. Illam quidem omnium ereditamus antiquissimam, hanc cum Graeca oratione maxime concordem. Contulimus tamen hanc tertiam tam cum secunda & quarta, quam cum lectionibus variantibus, a BALVZIO ad tertiam & quartam adscriptis, & obseruauimus, disferre varia exemplaria Iacpius in vocibus, ita ut v. c. sub initio pro verbo imbuuntur, secunda legat inserviantur, quarta erudiantur, vel codices Rertiae Parisiensis & Diuisionensis vocem *aeternus* in locum *sempiternum*, vel alii pro *vero*, *vulna* substituant. Cuius generis discrepantias vix dignas esse, putamus, quae in versionibus obseruentur. In aliis quidem maioris momenti esse videtur discordia, at si cum Graeco comparantur, facile deprehendes, interpretarem non aliter legisse, librarium vero negligentius scripsisse. Sic ubi Graecus christo nomine *deorum* tribuit, Latini recte vbi sunt *domini* voce, at nonnulli codices ponunt *hominis*. Cuius generis lectiones colligentes, parum utilitatis habere nobis visum est,

X.

SYMBOLVM CHARISII.

Πίσενω ἐκ ἑνὸς Θεον, πάτερα παντοκρατορος αὐτῶν οὐνι τῶν, ὁρατῶν τε καὶ ἀορατῶν ποιητην. Καὶ ἐις ἑνὸς κυριον Ιησον χρισον, τον ὑστερον αὐτών, τον μονογενην, Θεον ἐκ θεος, Φως ἐκ Φωτος, Θεον αἰλιθιον ἐκ θεος αἰλιθινον, ὁμοσπον τῷ πατρὶ, τον δι' ἡμας καὶ την ἡμετερον σωτηριαν κατελθοντα ἐκ των θρανον συσκωθεντα, γεννηθεντα ἐκ της ἀγίας παρθενεις, ἐνερθροπησαντα, τευρωθεντα ὑπερ ἡμων, αἰπρθενοντα, σένεντα τη τριτη ἡμερα, σένελθοντα εἰς της θραυστης, και παχιν ἐρχομενον κρικαι βωτης κατηνεκρης. Καὶ εἰς το πνευμα της αἰλιθειας, το παρακλητον, ὁμοσπον πα-

τριὶς οὐνού τοις τοῖς σῶματα καθελκόντης ἐκκλησίουν. Εἰς τοῦ
σαρκὸν γένεσιν. εἰς γάρ τον αὐτονόμον.

VERSIO Vetus LATINA.

cviij. Credo in unum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Jesum christum, filium eius unigenitum, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, homousion patri. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit de caelis & incarnatus est & natus ex sancta virgine & homo factus est, crucifixus est propter nos, mortuus, & surrexit tercia die, ascendit in caelos & iterum veniet iudicare viuos & mortuos. Et sanctum spiritum veritatis, paracletum, consubstantialem patri & filio & in sanctam catholicam ecclesiam, in resurrectionem mortuorum & in vitam eternam.

OBSERVATIONES.

I. CHARISIUS, Philadelphensis presbyter, symbolum hoc concilio oecumenico Ephesino tradidit, ex cuius adiis omnia deduci debent, quae de CHARISIO dici possunt: conf. GVII. CAVEVM bish. litterar. scriptor. ecclast. vol. I. p. 417. Namuis formula Nicaeno symbolo maxime consentanea sit, nihilominus & eidem intesse & dogmata & dictiones, quae a Nicena absunt, quisque intelligit. Seruata vero fuit inter dicta communione Ephesini gesta, apud MANSIVM tom. IV. p. 1347.

II. Duplicem habemus brevis symboli versionem Latinam, alteram in Ephesini, alteram in Chalcedonensis concilii actuum translationibus. Hanc exhibet MANSIVS tom. VI. p. 889. quens nos sequuti sumus. Adiecit ex BALVZIO observationes criticas, ex quibus has selegitur.

1. RVSTICVS monuit, consentire hanc formulam cum symbolo TIMOTHEI apostoli. Quale illud sit, ignorare nos, lubriciter fatemur.

2. Et sanctum spiritum. BALVZIVS reponi inbet Et in s. sp.

3. Contra cod. Paris. & veteres edit. Et sanctum e-
stut. eccles.

ADDI-



ADDITAMENTA QVAEDAM.

P. 27. formulam Antiochenam breuiorem edidit etiam JOANN. FORBESIVS *instruct. theol. ligr. I. cap. 4. tom. II. oper. p. 10.*

P. 71. Symbolis Gallicanis, quae exhibui, bina alia adiici posse, ex ven. JO. FRIDERICI GRVNERI doctissima de symbolo apostolico commenatione, cuius particulam primam in ven. JO. SAL. SEMLERI *Hallischen Samlungen zur Befoerderung theologischer Gelehrsamkeit*, part. II. p. 14. sqq. inseri voluit, didici. Alterum in epistola ad Carolum M. de caerimoniis baptismi, quam post CANISIVM, JAC. BASNAGIVS in *thesaur. monim. ecclesiast. tom. II. part. I. p. 542.* edidit; alterum vero in veteris cuiusdam theolo-

gi homilia sacra traditur, quam GEVERHARD. ELMENHORSTIVS, Gennadii libro de ecclesiasticis dogmatibus, a se Hamburgi ann. MDCXIV. edito, subiunxit. Prius ultra aetatis terminos manifesto excedit a nobis constitutos & facile a viris doctis comparari potest, posterius vero quum incerti plane sit aei & ELMENHORSTII libellus minus frequens in eruditorum manibus, illud hoc loco dare integrum, operae sane premium est. Sic loquitur vetus scriptor:

Post istam abrenuntiationem nos interrogati a sacerdote: credis in deum patrem omnipotentem, creatorem caeli & terrae? unusquisque respondit: credo. Credis & in dominum christum, filium eius unicum, dominum natum ex Maria virgine, passum & sepultum? Et respondit: credo. Tertia interrogatio: Credis & in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam aeternam? Et respondit unusquisque nostrum: credo.

Eamdem vero eam esse cum Romana vetere num. XL. & XLII. si a paucis discesseris, facile videbis.

P. 96. r. Post QVESNELLVM, codicem Romanum edidisse BALLERINOS tom. III. oper. LEONIS M. saepius obseruauimus. Ad versionem

nem symboli *Constantinopolitani*, p. 219. haec adnotarunt:

1. *de patre; codices omnes, quibus illi vni sunt, addunt: natum.*
2. *cuius pater, codices iidem, qua pater.*
3. *incarnatus -- homo factus, Vaticanus: natus est de spiritu sancto Et ex Maria virgine homo f.*
4. *Et vitam futuri seculi; codices omittunt Et.*

P. 106. IV. Decreti *Chalcedonensis* versionem Latinam, quae in codice Romano exstat, exhibent iidem BALLERINI loc. cit. p. 223. fine aditamentis, quae repeti queant.

P. 152. I. de formulâ Toletana, quam iidem p. 282. recensent, copiose disputant, cum not. ad epistol. LEONIS XV. tom. II. oper. p. 1373. tum obseru. in Quesnell. diss. XIV. §. II. tom. III. p. 949.

P. 176. I. iv. & P. 180. III. Simili modo, quae conferatur digna est, BALLERINORVM de hoc symbole disceptatio in obseruat. in Quesnell. diss. XIV. §. I. tom. III. p. 945. Credunt viri docti, probabilius illud GREGORIO Nazianzeno adiudicari, quam Latino scriptori, nec solum QUESNELLO, sed etiam Benedictinis contradicunt, qui in *histoire litter. de la France* tom. I. part. 2. p. 273. PHOEBADIVM auctorem illius esse, coniecerant. Quas vero ad ipsam formulam p.

279. sq. obseruationes criticas adicerunt, eas
iam in v̄lus meos conueriti.

P. 188. II. Post QVESNELLVM & CON-
STANTIVM, anathematimos *Damasi* iidem
BALLERINI loc. cit. p. 399. ~~sqq.~~ illustrarunt; le-
ctiones variantes itidem exhibui.

P. 203. *Fauſtini* libellus ibidem p. 277. legitur.

P. 213. Scriptoribus de ſymbolo *Theodori* iure
ſuo adiungas JAC. BASNAGIVM praefat. tom. I.
thesaur. monumentor. ecclſ. p. 14.



S Y M B O L O R V M

quae in hac bibliotheca recensentur, notitia.

Classis prima, exhibens symbola, quae in monumentis patrum secundi & tertii seculi super-

sunt.

- I. Symbola apud *Irenaeum*, num. I - III. p. 3.
- II. Symbola apud *Tertullianum*, num. IV - VI.
p. 7.
- III. Symbola apud *Origenem*, num. VII. VIII. p. II.
- IV. Symbola apud *Cyprianum*, num. IX. X. p. 13.
- V. Symbolum *Gregorii thaumaturgi*, num. XI - XIV. p. 16.
- VI. Symbolum inter *constitutiones apostolicas*, num.
XV. p. 21.
- VII. Symbola *Antiochena contra Paulum Samo-*
fatem, num. XVI. XVII. p. 23.
- VIII. Symbolum *Luciani*, num. XVIII. XIX. p. 29.
- IX. Symboli apud *Nouatianum fragmenta*, num.
XX. p. 35.

Classis

Index Symbolorum.

Classis secunda, quae symbola ecclesiarum varia-
rum publica continet.

I. Symbola tria apud *Ruffinum*; num. XXI. XXII.
XXIII. p. 37.

II. Symbola ecclesiarum orientis.

i. *Caesareensis*, ex *Eusebio*, num. XXIV. p. 40.

ii. *Hierosolymitanæ*, num. XXV - XXVII.
p. 42.

iii. *Antiochenæ*, num. XXVIII. p. 46.

iv. *Alexandrinae*, num. XXIX - XXXI. p. 47.

v. apud *Epiphanius*, i. XXXII. XXXIII.
p. 50.

III. Symbola ecclesiarum occidentis.

i. *Aquileiensis*, n. XXXIV. XXXV. p. 54.

ii. *Romanae Graeca*, n. XXXVI - XXXVIII.
p. 56. *Latina*, n. XXXIX - XLIII. p. 59.

iii. *Rauennatis*, n. XLIV. p. 62.

iv. *Taurinensis*, n. XLV. p. 63.

v. *Africanae*, ex *Augustino*, n. XLVI. p. 64.
ex *spuriis Augustini monumentis*, n. XLVII.
XLIX. p. 68. ex *Vigilio*, n. L. p. 69. ex
Facundo, n. LI. p. 70.

vi. *Gallicanae*, n. LII. LIII. p. 71.

vii. *Hispanæ*, n. LIV. p. 73.

viii. ecclesiae incertæ, n. LV. p. 74.

Classis tertia, quae symbola in synodis compendi-
ta complectitur.

I. Symbolum *Nicaenum*, Graecum, n. LVI. p.
75. Versiones eius Latinae undecim. n. LVII.
LXVII. p. 80.

II. Symbolum *Constantinopolitanum*, Graecum,
num.

Index Symbolorum.

- num. LXVIII. p. 93. versiones Latinæ quatuor,
n. LXIX - LXXII. p. 94.
III. Definitio concilii Chalcedonensis, n. LXXXIII.
LXXIV. p. 104.
IV. Formulae Antiochenæ, in concilio ann.
CCCXL, editæ, tres, n. LXXV - LXXVII.
p. 109.
V. Formula Antiochena *pænçosxos*, n. LXXVIII.
p. 113.
VI. Philippopolitana, n. LXXIX. p. 120.
VII. Sirmenses tres, n. LXXX - LXXXIV. p. 123.
VIII. Nices in Thracia condita, n. LXXXV. p. 142.
IX. Seleuciensis, n. LXXXVI. p. 144.
X. Constantinopolitana, ann. CCCLIX. n.
LXXXVII. p. 146.
XI. Toletana, n. LXXXVIII. p. 149.

Classis quarta, continens symbola priuata.

- I. Athanasiana. Symbolum *quicumque*, num.
LXXXIX. XC. p. 156. quod Athanasius expo-
suit, n. XCI. p. 167.
II. Basili magni, n. XCII. p. 170.
III. Damasi. Vetus symbolum, huic & aliis tri-
bui solitum, ter, n. XCIII. XCIV. XCV. p. 172.
Damasi anathematismi, n. XCVI. XCVII. p. 181.
IV. Eunomii, n. XCVIII. p. 191.
V. Pelagii, n. XCIX. p. 192.
VI. Caelestii, n. C. p. 194.
VII. Juliani, siue Pelagianorum quorumdam,
n. CI, p. 195.

Index Symbolorum

VIII. Faustini, n. CII. p. 202.

IX. Theodori Mopsuesteni, n. CIII. CIV. CV.
p. 203.


X. Charissi, n. CVI. CVII. p. 215.


In additamentis occurrit symbolum publicum in-
certae actatis p. 218.


F I N I S











NOV 1 1935

